

CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE
BORUSSICAE

CONTINUATA.

GEORGIUS CEDRENIUS.

TOMUS PRIOR.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXVIII.

GEORGIUS CEDRENUS

IOANNIS SCYLITZAE OPE

AB

IMMANUELE BEKKERO

SUPPLETUS ET EMENDATUS.

T O M U S P R I O R .

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXVIII.

EMINENTISSIMO PRINCIPI
IULIO MAZARINO,

S. R. E. CARDINALI.

Scite Graecus auctor ait, Eminentissime Cardinalis, deorum templis donaria dicanda esse, viris autem illustribus ingenii monumenta nuncupanda. quemadmodum enim numeribus haece religionem nostram erga deum, ita et hoc animorum foeta cultam ac observantiam nostram erga viros summae dignitatis vel doctrinae praecipuae testamur. inter deum autem et homines longe interest, quod deus, velut omnium conditor et dominus, rebus quarum precarii possessores sumus non egeat, illustrium autem virorum gesta penitus intercidant, nisi sit qui ea literis mandet et posteris tradat. sed et quemadmodum humili cuique ad deorum templa accedere et ibi vota sua nuncupare fas est, ita nec illustres animas ea quae tenuiores homines eis dicant aspernari videmus. altae scilicet mentis homines secari sunt magnitudinis suae, adeo ut deum referre quodam genere videantur. haec cum ipse mecum reputarem, ausus sum, Eminentissime Cardinalis, religiose Te adire et librum opera mea perpolitum licentiore forte hac epistola Tibi inscribere, quo devotionem erga Te meam publice testarer, scirentque omnes ad venerationem Tui etiam eos

qui longinque agunt libros Tibi dedicare, ut ex sacro et immortalino nomine Tuo famam et gloriam sibi quaerant ac immortalitate donentur. hoc tamen vereor, ne Te in excelso humanarum rerum fastigio positum et nunquam vacuum ego unus e turba audacius incondito ac rudi sermone interpellem, Teque morer, cuius amplissimis cogitationibus ac consiliis imperium Gallicum gubernatur, cum potius occupationibus Tuis bono publico parcendum esset. sed magnae quoque animae literaria haec avocamenta non recusant. heio autem admirari subit quam sagaci consilio optimus maximusque princeps, cum excederet vel potius interciperetur et in caelum rediret, Tibi, Cardinalis Eminentissime, pene dixerim, cuncta regendi onus imposuerit, cum iuvenilis successoris animus nondum par esset imperio. sic Atlas cum caeli oneri se subduceret, Herculem submississe fertur velut tantae molis capacem: at qualem virum? maiorem humana natura, deo proximum, denique Iovis, non Amphitryonis filium. certe non alius quam natus deo caelum deorum sedem ferre poterat, sicut nec alius quam divinae mentis homo onus imperii Gallici sustinere. Tu, inquam, Eminentissime Cardinalis, vocatu regis prudentissimi ad regni arcana tractanda non sine numine admissus es; id quod ex rebus ipsis feliciter et ex voto fluentibus notius est quam ut quisquam praeter malignos infitietur. quando enim terrarum ille praedo, quando orbis universi candidatus certius intellexit se rerum solum potiri non posse, seque aliena regna irrita spe invadere? quando feliciter secum actum putavit si fines suos non propagaret sed tueretur, nisi ex quo principem nostrum invictissimum anima reliquit? quid singula commemorem? prostrato primum stupenda felicitate exercitu validissimo, tum munitissimis oppidis qua locorum natura qua milite non ignavo, cum interim inclinatam aciem et labantes, tum milites suos velut attonitos et pavore defixos cerneret, intremuit Flandria. animos sumpserant Gallici hostes nominis, quoniam in contrarium cecidisse videbantur Gallorum impetus semper hostibus metuendi, quod scilicet externa vis contra fas piisque eis adfuisset velut deus e machina, quodque eos obsidio liberatos viderent qui iam ingloriam deditionem parabant: sed statim Galli ingenii ad pugnam avidi vicinas urbes animosius aggressi sunt; quibus captis extimuit Italia non secus ac quondam populus gentium victor Gallis instantibus saepius expavit. in Hispania bello quidem ancipiti pugnatum est: sed ducis fortissimi nomen Hispano militi vincendo iamdiu fatale est.

Germania bello diuturno vexata, agrorum populationibus, urbium vastationibus concussa, imperatorem miseris dudum imperare coepisse non diffitetur. haec latius exsequenter horum temporum deserti. ego stylo remissione attingi tantum, et quod longum esset ea prosequi, et quod verebar ne fastidium nasceretur ex plurimis. caelum igitur ambitione affectent exteri (quanquam expilationibus caelum non petitur, sed religione et pietate, quae reges Christianissimos astris inserunt), aliena regna avido animo pervadant: quamdiu stabit Gallia validissima terrarum pars (quam pereundi legibus aliis quam quae orbi terrarum impositae sunt, fatorum vis aeterna vel potius deus fatorum arbiter et dispensator exemit) coepta eis nunquam ex voto succedent. cum autem serenissimus princeps noster spes totius generis humani adolescit, cum animi eius vis augetur, Tibi, Cardinalis Eminentissime, summa rerum permessa est, cuius fides in rebus difficillimis spectata, cuius devotio erga principem omne vincit exemplum. nemo in posterum Te rerum moderatore tam securus potentiae erit ut Gallos pene inter ferrum et arma natos provocare vel offendere audeat, quos intelliget nullius armis esse superabiles. nemo Galliae socios aut foederatos laeset; nemo amicos laedet, qui hoc Galliae debent, ut qui summa cum iniuria et honorum omnium indignatione fortunis suis exuti velut nudi exulabant, plenissime restituti sint: tanta est cum sacri nominis Tui veneratio, tum imperii Gallici felicitas semper invicta. verum quo impellor ego fandi impotens? non enim multum interesse puto sive quis famam alicuius laedat, sive infra dignitatem eum laudet. non possum tamen heic citra crimen ingrati praeterire quod omnium commendatione dignissimum est: bibliothecam scilicet in his librorum milibus constantem instituisti, quam eruditissimis omnibus patere vis. in qua quidquid Gallia bonarum artium feracissima, quidquid Italia vel Germania eruditum protulit, invenire in facili est. omitto praeclara illa marmora, principum et virorum qui literis claruerunt statuas, quas cum videas et ingenii monumenta legas, putes non muta marmora sed animata, et eorum non interiisse corpora, sed cum animorum foetu de perennitate certare. quo quidem egregio facto literatiores quosque Tibi obnoxios fecisti, et non minus in ore hominum agis quam propter alias acerrimae mentis doctes; ex quibus boni omnes intelligunt tanto Te caeteris mortalibus superiorem esse, quanto fortuna Tua excelsior et praestantior est.

vive igitur, Eminentissime Cardinalis, Galliae felicitati, quae Te
sospite culmen apiscetur et diurnabit. vive rei Gallicae rector et
propagator; cuius vigilantiae hoc debetur, ut Galli pacem acquissi-
mis conditionibus sperare debeant, aut exteri bellum internecinum
timere. vive dñi Galliae felix tutela salusque.

Eminentiae Tuae

devotissimus

CAROLUS ANNIBAL FABROTUS.

LECTORI.

De scriptoribus historiae Byzantinae publicandis spem fecimus edito Ioanne Cantacuzeno. ecce fidem praestamus felicioribus auspiciis an-nixi, inssu nempe illustrissimi Francia cancellarii Petri Seguerii, qui ut opus hoc egregium ederetur suae curae fecit. quid autem huic Cedreni editioni accesserit, lector, monendus es. plures eaeque in-gentes lacunae erant in editione priore, quae Cedrenum deforma-bant. aliae minores plures paginas occupaverant. eas omnes ex aliis scriptoribus calamo exaratis supplevimus, multa correximus ex Ioanne Scylitze Curopalate, qui Cedrenum *αὐτολέξῃ* descripserat, unde mirari subit quanta securitate saeculi sui Curopalates alienum opus sibi vindicavit. itaque si quis Curopalatem desideret, sciat eum Cedreni simiam esse: nam totidem verbis Curopalates constat. qui tamen non per omnia nobis inutilis fuit, sed supplendo, ut dixi, et emendando Cedreno multum profuit.*) quoniam autem toto pene Ce-dreno exscripto Curopalates excipit ubi Cedrenus desinit, ideo non ingratum fore duxi si cum Cedreno ederetur. Ioannes Baptista Ga-bius interpretis eius multis in locis ab auctoris sententia aberraverat. ei quantum fieri potuit consultum est interpolata eius versione. Xy-landri quoque versionem interdum emendavimus; nec tamen veterem loco suo deturbavimus, sed nostram ad oram libri reiecimus. prae-terea fatetur interpretis ingenue se in quibusdam haerere. nos sine ulla insectatione sententiam nostram proposuimus, et notas quasdam

*) Idem quo nostrae editioni plus etiam prodesset, codicem omnium praestantissimum, Coislinianum, ad alteram certe partem et historicam magis aetatem accurate collatum a Wladimiro Bruneto impetravimus. I. B.

addidimus ei firmandae. denique Glossarium adiecimus, quo voces mixobarbarae, quibus Cedrenus utitur, explicantur, dignitates ecclesiasticae palatinae et militares exponuntur. quo in concinnando usus non sum opera Meursii, quem plerique alii qui raptò vivunt solent exscribere, sed vel auctores nondam editos vel alios omnino auctores ad testimonium cito.*) accedunt etiam R. P. Iacobi Goar variae in Cedrenum animadversiones eruditissimae, quae non modicam Cedreno lucem adferent. postremo numerosa operarum menda sustulimus, quo tam antior editio quam emendatior opera nostra prodiret. Cedreno igitur fruere, quem antea, pene dixerim, auro contra venisse non ignoras. Cedrenum sequetur Theophanes multorum votis expetitus, quem ex regis Christianissimi bibliotheca in lucem edemus, una cum Anastasii Bibliothecarii historia Ecclesiastica hactenus inedita, quae beneficio Cardinalis Eminentissimi Francisci Barberini ad nos pervenit. sequentur et alii ex variis bibliothecis crati, quos non interire quantum reipublicae literariae intersit hi tantum intelligunt qui literas tractant vel fovent. vale.

*) Non possumus citra crimen ingrati praeterire auctores graeco-barbaros, quibus usi sumus in hoc glossario, nobis utendos datos ex bibliotheca viri clarissimi et eruditissimi Iacobi Mentelli medici Parisiensis. *Fabrotus in calce Nicetae.*

**GUILIELMI XYLANDRI
AUGUSTANI
IN GEORGII CEDRENI ANNALES SUOS**

PRAEFATIO

AD MAGNIFICOS ET GENEROSOS DOMINOS

D. MARCUM ET D. IOANNEM FUGGEROS, ANTONII FF.

FRATRES GERMANOS, KIRCHBERGI ET WEISSENHORNI

DOMINOS etc.,

OPTIMARUM LITERARUM ALUMNOS GRATISSIMOS.

Georgii Cedreni Annales, qui auspiciis ac impensis vestris, Viri amplissimi, a me non sine magnis aerumnis in Latinam linguam conversi in publicum hodie exeunt, pro more dedicaturus diu multumque cogitavi quam de re potissimum apud vos dissererem. sive enim historiae utilitates explicandae essent, quo hic liber prodiret commendatior atque gratior, iampridem id propositum ita copiose ornateque noram a summis viris tractatum, ut citra arrogantiae crimen non possem conari ista vel amplificare vel etiam inculcare. sive in vestris laudibus praedicandis occupanda oratio, ad quas profecto illustrandas augendasque haec Cedreni versio editioque conducere debet, quid iis ornamenti poterat mea conferre infantia? aut quotusquisque, ut nunc sunt mores hominum, non potius assentando munus captare quam grati animi significationem raris virtutum exemplis demonstrandis commendandisque edere erat iudicaturus? itaque horum ego utrumque prudens sciensque omisi, praesertim cum re-

cordarer de priore alibi me nonnihil etiam dixisse. sed et alienum aliquid personis vestris aut praesente instituto, qualia ad animum accidebant multa atque varia, in medium afferre intempestivum videbatur atque insolens: neque enim laudari sentiebam eum qui delphinum silvis appinxit, fluctibus aprum. itaque in praesentia satis habui pauca de ipso hoc historico opere et mea quam vobis ac republicae in eo conficiendo navavi opera dicere; itaque lectore non inutiliter, ut quidem ego puto, de quibusdam praemonito, dedicationis munere defangi.

Iam primum, quis fuerit Cedrenus, certo deprehendere nullo indicio potui, cum de se ipso nihil, hoc quidem in opere, memoriae prodiderit, neque ab aliis sit, quod ego sciam, laudatus aut nominatus scriptoribus. eo tamen inclinatur animus ut sacerdotem fuisse suspicer aut etiam monachum; tametsi videtur hoc non fuisse dissimulaturus. meae coniecturae ansam praebent cum genus dicendi quo est usus, tum quas de religione et caeremoniis habet disputationes. de quibus non impedio quin quisque suo captu et sensu iudicet: quid ego iudicem, satis credo esse bonis notum; neque est cur mutem sententiam ulla idonea causa. quando vixerit, nihilo magis constat quam qua conditione vixerit; nisi quod probabile est rerum potito Isacio Comneno (qui inivit imperium eodem fere quo Henricus IV anno, qui fuit a nato Christo 59 supra millesimum) eum scripsisse suos Annales: hi enim in istum desinant. is qui codicem vestrum scripsit librarius, Isacii Angeli aliquoties mentionem fecit in margine. fuit hic Isacius Friderici Ahenobarbi imperatoris Germani aequalis, et accepit Cpolititanum regnum circa annum 1185, ut centum fere annis codex iste auctore suo recentior fuisse videatur. non dissimulavit librarius aliquoties se in exemplari, quod descripsit, aliquot paginarum defectum sensit. sed utrum reliqua omnia ita fuerint ab auctore composita quomodo ad nos scribae istius opera pervenerunt; dubitari haud iniuria potest: non enim mendosa modo quaedam, sed plura etiam his mutilata vel comperi vel suspicatus sum, quod aliquoties in annotationibus ostendi. porro autem facile crediderim lectores in bonis scriptoribus versatos et indicio aliquantum quam vulgus acriori praeditos, ubi lectionem huius operis instituerint, molestiae principio aliquid aut etiam nauseae contracturos. pollicitus enim auctor ab initio mundi usque ad sua tempora historias se compendio recitaturum; ubi ad rem ventum est, neque optimo

ordine ea proponit quae in sacris literis et Flavii Iosephi antiquitatis Iudaicae descriptione atque alibi copiose describuntur; et inserit multa nescio quam relatu aut creditu digna; et interpolatis narrationibus saepe, saepe mutilatis, aliquando idem non sine taedio et odio inculcat. in summis mundi imperiis et eorum successione ac mutationibus exponendis ieiunus plane est. res Romanas ita attingit ut videatur earum fuisse admodum ignaras. et in ipsis imperatoribus ordine recensendis eorumque in summa exponendis rebus gestis fere ad Constantinum usque Magnum nihil praeclari aut etiam operae pretii est consecutus, ut subverear ne quis ista legens exclamet "quid tanto dignum dedit hic promissor hiatu?" digressiones quoque in disputationes de vita monastica, contra Iudaeos, et alia id genus, talia sunt quae Annalibus parum omnino convenient et non possint a quovis ventriculo concoqui. quae ego a me dicta ita velim accipi ut ab eo qui non vituperet sed excuset Cedrenum, scriptorem qualem ea tempora et fortassis etiam vitae institutum tulit, ut uno verbo dicam, interdum *εὐψύχη*. certe si quid ab eo peccatum est, non magno rerum dispendio peccatum est, cum abunde librorum sit ex quibus historiarum ab ipso praeteritarum aut minus commode tractatarum cognitio repeti possit. hoc autem vere possum affirmare, plurima esse in Cedreni hoc opere, quae cum alibi non inveniantur, maximam ei apud omnes veritatis et historiae amatores conciliare possint debeantque gratiam. in Iustiniano praesertim magno, in Heraclio et aliis deinceps Cpolitanis imperatoribus multo est quam ipse Zonaras fuerit diligentius ac copiosius versatus describendis, annis etiam singulis res gestas dividens. nam quae ante novae Romae ortum habet, ea videtur utcumque ex variis libris non magna cura ac iudicio perexiguo consarcinasse: in Cpolis autem rebus et exercitior fuit, ut apparet, et maiore est usus industria; et si quid ego indico, hoc illi *ἔργον* fuit, cetera *πάρεργα*. qui cum cum Zonara conferat, iis deprehendere erit proclive vere me ista dicere. nam omisit Zonaras multa quae noster habet, scitu perquam digna, et quibus omissis historiam mutilari obscurarique fuit necesse. multa ille breviter admodum indicavit, quae sunt a nostro circumstantiis omnibus explicatis illustrata. neque ego prius hoc deprehendi: sed Wolfius noster, quem honoris causa nominō, vir harum rerum (quod, quibus ignotus ipse est, lucubrations eius evidentissime demonstrant) longe peritissimus, aliquanto ante codici vestro schedam

praefixerat qua argumentum eius in haec verba exprimitur "tractat idem argumentum quod Zonaras, sed multa habet a Zonara de industria praetermissa; brevitatis, ut opinor, studio, sed certe non praetermittenda. quodsi mihi optio data fuisset ab initio, hunc Zonarae praetulissem. nunc cum Zonaras denuo edendus erit, consultum fore videbitur ut hoc totum opus pellegatur, et quidquid memorabile visum fuerit, Zonarae suis locis certa nota apposita inserendum." haec Wolfius; qui haud dubie, cum hoc ferret de Cedreno indicium, ad ea respexit praecipue quae aliunde quam ex eo aut Zonarae repeti commode non possunt. nam duo priores Zonarae tomi longe alioqui sunt meliores ac laude digniores quam ea quae ad Constantinum usque Magnum noster collegit. et tamen in hisce ipsis sunt nonnulla quae cognita digna atque utilia tamen neque apud Zonaram occurrant neque alibi sint adeo obvia. enimvero id affirmare ausim, ex hoc nostro scriptore ab homine industrio multa posse desumi quibus Zonarae Procopii Diaconi aliorumque id genus scriptorum, recentiorum quoque, ut Cuspiniani Egnatii Panvini, imperatores et historiae partim corrigi partim illustrari ac poliri possint. quae utilitas vel sola eius editionem apprime apud aequos lectores gratiosam facere debet. neque nunc proponam exempla: tametsi enim rei gustum aliquem annotationes nostrae praebebunt, tamen malo haec solerti lectori observanda relinquere quam iis commemorandis me iactare. addatur et hoc: cum eorum quae sunt circa Byzantium et in ipsa urbe locorum, tum aliarum multarum urbium fluminum montiumque notitiam permultis huius scriptoris locis posse explicari atque illustrari; ut magno rerum geographicarum incremento et antiquitatis re-colendae adiumento diligentibus sit futurus.

Verum de Cedreno satis, aut fortasse nimium: legatur, ipse se probabit, et ostendet vendibili vino non opus esse hedera. versio nunc ad meam operam, non profecto ut eam vel iactem vel etiam ἀκκισμῶν extenuem, quorum neutrum ego ingenui hominis arbitror; neque etiam ut qui vestris et aliorum bonorum (ceteros enim nihil moror) iudiciis diffidam, ideoque causam mihi dicendam putaverim: sed quod, cum ipse in hoc opere falsus alicubi sim, nolim alios quoque errare. primo omnium ne conatus quidem sum id consequi, ut Zonarae Nicetae ac Gregorae facundiam Latinam parem Cedreno conciliarem. nam probe mihi meae conscientiae tenuitatis, nemine etiam monente habebam exploratum me moliri hoc non debere quod ele-

gans pastor merito odisse ait, *Ἴσον ἔρεως κορυφᾷ τελέσαι δόμον ὀροπέδοντος.* et quidem Graecae linguae usu Cedrenum iis quos nominavi multo inferiorem esse, multoque minus in suo fero disertum, non difficulter iudicabunt lectores; quo minus habet etiam quod conqueratur, si Latine purius et nitidiusque ipso loquantur. ac nescio quomodo mihi accidit ut interdum invitatus, magis tamen solito, balbutirem ipse etiam, dum praeantis verba subsequor et exprimere conor. sed hoc quidquid est mali, aequanimitas lectorum vel dissimulabit vel corriget.

Postquam vos, Maecenatis nomine dignissimi heroes, ultro pro vestra benignitate de me honeste sentientes, impulsore maxime D. Ludovico Carino, sene longe doctissimo veroque officiosae in cultores bonarum artium humanitatis exemplo, vobisque non absque gravissimis causis et meritis carissimo et acceptissimo, de me autem iamdiu ita merito ut gratiarum actionem (quas enim possim pro tot beneficiis hae mea conditione referre?) hic locus dignam non capiat, memoriam autem ab eo in me profectarum commoditatum me vivo nihil sit oblitteratum; suadentibus idem cum aliis primariis viris tum ipso etiam Wolfio, qui (nihil iam de ipsius laudibus dicam, cum praedicationem meam excedant, neque hoc sibi reponi muneris pro suis meritis ipse cupiat) abundantia quadam amoris semper me prosecutus quasi lampadem hanc in decursione vertendae Graecae historiae recte se traditurum mihi existimavit; postquam ergo Cedreni convertendi provinciam mihi credidistis (id quod mihi fuit, ut debuit, gratissimum), equidem in hoc incubui ut expectationi vestrae meisque promissis mature et fideliter satisfacerem. omnia expeditu facilia fore animo praeceperam, fortasse non nimis arroganter, ut qui non nunc primum hoc genus rei tractandum susciperem. sed in progressu tamen id expertus sum quod Alcaeus olim eleganter cecinit:

delata in altum cum semel est mare,
quocunque tempestas vocabit,
ut tibi navis eat necesse est.

multa spes meam fefellerunt. incidi in loca vel obscura vel mutila saepe; ubi cum nonnisi unus codex mihi esset aut alibi eadem aut similia perscripta in promptu non haberem, oportuit me haerere. coniecturas scio aliquid posse, sed eae neque satis tutae aliquando sunt, et non raro quod conicerem aut quo

me referrem non succurrebat. ne tamen vel auctori vel lectori mea ignoratio frandi easset, ubi visum est rem habere aliquid momenti, annotationibus meis pro virili rem exposui aut saltem aliis enodandam proposui. maxime barbarica me vexaverunt vocabula, quorum magnam copiam lector inveniet, partim hybridarum ac *μιξοβαρβάρων* aut (si ita velit aliquis) *μιξελλήνων*, partim prorsus et apud Latinos et apud Graecos peregrinorum. quorum alia rerum sunt, ut scaramangium, tuldum, camparia, barducium, laesa, et alia plura; alia officiorum appellationes, ut *barangi*, *protovestiarius*, *logotheta dromi*, *canicium*, *protospatharius*, *drungarius*, *ameras*. reperiet etiam multa Latina Graeco habitu velata, *κινστήραν*, *σκάμνον*, *λεγάτα*, *silentium*, *asecretia*, *scalam*, *κοῦρσον*, sexcenta alia. in quibus animadvertendis et vertendis quam fuerim felix, nescio: fui certe moleste occupatus. quod ad annotationes meas attinet, poteram eas extendere et amplificare indicatione et comparatione eorum quae apud alios scriptores iisdem de rebus habentur; quod ignavo fortassis aut librorum copia destituto lectori fuisset non ingratum. verum ego brevitati studui; et cum postremo eas relegerem, permulta amputavi quae alio loco commodius me persecuturum videbam; cum hic vel brevius quam ut satis intelligerentur indicare ea oporteret, vel commentando extra fines annotandi progredi. has autem ipsas annotationes lectori magnum momentum allaturas ad intelligendum Cedrenum, aut saltem quaedam diligentius scrutandum, confido. mihi quidem incredibili labore constiterunt. ponetur in lucro a gratis, si ad alios quoque intelligendos scriptores inde aliquid poterunt petere adiumenti; quod ego spero fore. numeri eorum numeris margini Cedreniano appositis respondent; nisi quod saepe plura unico sumus complexi loca. ad finem tabulas chronologicas*) adieci, iampridem eas a me compositas, et cum ad alia tum ad *συγχεονισμούς* prompte inveniendos ac intervalla temporum supputanda utiles. in his fere sum Funkium secutus, quanquam ipse quoque de quibusdam quod moneam. et disputem videor mihi habere; quod ipsum quale sit, alio loco, si deus volet, proferetur. Graecus codex editur diligentissime et summa

*) haec chronologia quia viroreum doctorum iudicio non satis accurata est, in hac editione praetermissa est. FARR.

fide ac labore non exiguo descriptas, collatasque cum vestro exemplo. ex eo poterit emendatio eorum sumi in quibus est a me peccatum. ut enim nusquam me hallucinatum profitear, non facile mihi quisquam persuaserit. confido tamen aequos peritosque rerum et aerumnarum quae in huiusmodi operibus sunt exauctandae lectores non ita multa desideraturos, ut non sint mihi pro laboribus hisce gratiam habituri. Vobis autem, Viri amplissimi, vobis acceptum ferre debent, quam hoc opere legendo utilitatem delectationemque capient: vobis, inquam, non mihi. tametsi enim studio rei publicae literariae iuvandae atque locupletandae tenear vel maximo, paucisque (quod velim nemo dictum arrogantius putet) voluntate bene merendi de patria cedo, aut fortasse nemini, tamen ea est rerum mearum tenuitas, ut nisi aliis locata mea opera, qui fortunarum mearum habeant ac laborum et suae liberalitatis rationem, scribendi facultatem habeam nullam. et quamvis multo est quam imperiti credere possint aerumnosius, ista, qualia nos fere edidimus adhuc, conscribere; ut non domino tantum fundi maximam, sed et colono aliquam gratiam debere videri possint qui fragibus vescuntur; ego interim quod ab aliis exigam non habeo, cui dubium non sit quin meos in hoc opere labores pro vestra liberalitate atque munificentia ita sitis compensaturi, ut insigni vobis obstrictus beneficio perpetuas sim debiturus atque habiturus gratias. atque ego sane neque volo neque debeo etiam diffiteri, hanc mihi potissimam fuisse meae vobis operae offerendae atque navandae causam, ut consecuto quod volui, nemo alius porro sit appellandus. at vestrae magnificentiae quis, nisi animi prorsus obnoxii, negaverit plurimum a re publica literaria et omnibus in ea ingenue versantibus deberi? nam me quidem, ne quid dissimulem, paupertas, ut ille ait, impulit audax ut libros facerem. quod ipsum tamen adhuc ita temperavi, et in posterum quoque rebus meis sic poscentibus ita institui, ut non minora ad bonarum literarum studiosos quam ad me meis e laboribus redeant emolumenta. Vos autem quid, praeter publicae utilitatis rationes et voluntatem de me quoque privatim bene merendi, ad hoc Cedreni dandum munus adduxerit, ne cogitari quidem potest; nisi si quis ita est in Europa hospes et famae ignarus, ut vos et avitae et vestris meritis partae gloriae inopes suspicetur voluisse huius liberalitatis opportu-

nitate nomini vestro laudem decusque conciliare. enimvero quod vestro sumpta in lucem e tenebris eruendis ac publicandis hocque pacto ab interitu vindicandis bonis libris et magnificentiam vestram patriae demonstratis et rem publicam augetis atque exornatis, non id gloriae, qua abundatis, quaerendae studio, sed laudatissimi piaie inclytaeque memoriae herois Antonii Fuggeri, patris vestri, legitima quadam et hereditaria successione atque imitatione facitis; neque committendum vobis putatis ut cum aliis in rebus eum patriae repraesentetis, hoc unico in tam laudabili instituto ab eo vos degenerasse opinari quisquam possit. Valete, Viri amplissimi ac veri Maecenates; nosque in vestrorum clientum numerum semel receptos fovete, sedulo curaturos ne quid vobis in nos collatorum beneficiorum pereat. Heidelbergae Nonis Ianuarii, anno a natali Christi 1566.

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΚΕΔΡΗΝΟΥ

ΣΥΝΟΨΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ.

ΣΥΝΟΨΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ
ΑΡΧΟΜΕΝΗ ΑΠΟ ΚΤΙΣΕΩΣ ΚΟΣΜΟΥ
ΚΑΙ ΜΕΧΡΙ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΙΣΑΑΚΙΟΥ
ΤΟΥ ΚΟΜΝΗΝΟΥ,
ΣΤΑΛΕΓΕΙΣΑ ΠΑΡΑ ΚΤΡΟΥ ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΚΕΔΡΗΝΟΥ
ΕΚ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ. *)

Πολλοὶ τῶν πρὸ ἡμῶν φιλοθέων ἀνδρῶν καὶ φιλιστόρων τὴν P 1 ἐπιτομὴν τῆς ἱστορίας ἐπραγματεύσαντο· ὁ τε γὰρ μοναχὸς Γεώργιος καὶ σύγκελλος ἀπὸ καταβολῆς ἀρξάμενος κόσμον εἰς Μαξιμιανὸν καὶ Μαξιμίον τοὺς τυράννους κατέληξε, καὶ ὁ ὁμολογη-

*) Cod. Coislin. 136 ap. Montfaucon. Bibl. Coislin. p. 207—8: *Σύνοψις ἱστοριῶν συγγραφείσα παρὰ Ἰωάννου κουροπαλάτου καὶ μεγάλου δρογγαρίου τῆς βίβλας τοῦ Σκυλλεῖη. Τὴν ἐπιτομὴν τῆς ἱστορίας ἀρίστα μετὰ τοὺς παλαιοὺς ἐπραγματεύσαντο πρῶτον μὲν*

COMPENDIUM HISTORLARUM,
A MUNDO CONDITO USQUE AD ISAACIUM
COMNENUM IMPERATOREM
A DN. GEORGIO CEDRENO EX DIVERSIS
LIBRIS COLLECTUM,
GUILIELMO XYLANDRO AUGUSTANO
INTERPRETE.

Multi ante nos religiosi atque cognitionis rerum gestarum studiosi viri in compendium historiarum contrahere aggressi sunt. nam et Georgius monachus idemque syncellus, ab initio mundi orsus, usque ad Maximianum et Maximinum tyrannos rem perduxit; et que in loco desit,

τῆς Θεοφάνης τὸ ἐκείνου τέλος ἀρχὴν ποιησάμενος οἰκείαν ἄχρι τοῦ τέλους Νικηφόρου τοῦ ἀπὸ γενικοῦ κατήντησε. μετὰ δὲ τοῦτον καὶ ἄλλοι ἐπεχείρησαν, οἷον ὁ Σικελιώτης καὶ ὁ ὑπέρτιμος Φελλὸς καὶ ἕτεροι σὺν τούτοις. ἀλλὰ τῆς ἀκριβείας ἀποπεπτώκασιν, ἀπαρίθμῃσιν μόνην ποιησάμενοι τῶν βασιλέων καὶ διδά-
 P 2 ζαντες τίς μετὰ τίνα γέγονεν ἐγκρατής, καὶ πλεον οὐδέν. ὁ γὰρ Δαφνοπάτης Θεόδωρος, Νικήτας ὁ Παφλαγῶν, καὶ οἱ λοιποὶ Βυζάντιοι, Νικηφόρος τε διάκονος ὁ Φρύξ, Λέων ὁ Κυρίας, Θεόδωρος ὁ Σίδης, καὶ ὁ τούτου ὁμώνυμος Σεβαστείας, καὶ ὁ Κυζίκου Δημήτριος, καὶ ὁ μοναχὸς Ἰωάννης, οἰκείαν ἕκαστος 10

ὁ μοναχὸς Γεώργιος καὶ σύγγελλος σχηματίσας Ταρασίου τοῦ ἀγιω-
 τατου πατριάρχου, μετ' ἐκείνου δὲ ὁ ὁμολογητῆς Θεοφάνης καὶ τοῦ Ἀγοῦ ἠγούμενος, ἐκιστατικώτερον τὰς ἱστορικὰς ἐπιδραμόν-
 τες βίβλους καὶ συνοψίσαντες λόγῳ μὲν ἀφελεῖ καὶ ἀπεριέργῳ, μόνον οὐχὶ δὲ τῆς οὐσίας αὐτῆς ἐφαπτομένῳ τῶν πεπραγμένων. ἀλλ' ὁ μὲν Γεώργιος ἀπὸ καταβολῆς ἀρχάμενος κόσμου εἰς τοὺς τωράνους κατέληξε, Μαξιμιανὸν φημι καὶ τὸν τούτου υἱὸν Μαξιμίον (Μαξένιον Montfaucon). ὁ δὲ Θεοφάνης τὸ ἐκείνου τέ-
 λος οἰκείαν ἀρχὴν ποιησάμενος καὶ τῆν ἐπιλοιπον συντεμῶν χρο-
 νογραφίαν καὶ εἰς τὴν τελευταίαν τοῦ βασιλέως Νικηφόρου τοῦ ἀπὸ γενικῶν καταντήσας ἔσθη τοῦ δρόμου. μετὰ δὲ τούτου οὐδεὶς ἄλλος ἐπέθεκεν ἑαυτὸν τῷ τοιοῦτῳ σπουδασματι. ἐπεχείρησαν μὲν γὰρ τινες, οἷον ὁ Σικελιώτης διδάσκαλος καὶ ὁ καθ' ἡμᾶς ὑπατος τῶν φιλοσόφων καὶ ὑπέρτιμος ὁ Φελλός, καὶ πρὸς τούτοις ἕτεροι· ἀλλὰ πάρεργον ἀψάμενοι τοῦ ἔργου τῆς τε ἀκριβείας ἐκπεπτώκασιν, τὰ κλειστά τῶν καιριωτέρων παρέντες, καὶ ἀνόνητοι τοῖς μετ' αὐτοὺς γένοσιν, ἀπαρίθμῃσιν μόνην ποιησάμενοι τῶν βασιλέων καὶ διδάξαντες τίς μετὰ τίνα τῶν αἰχμητρῶν γέγονεν ἐγκρατής, καὶ πλεον οὐδέν. ἀλλὰ καὶ ταύτας οὐκ ἐστοχασμένως συγγραψάμενοι ἐβλάψαν τοὺς ἐντυγχάνοντας, οὐκ ἀφέλησαν. ὁ γὰρ Δαφνοπάτης Θεόδωρος, Νικήτας ὁ Παφλαγῶν, Ἰωσήφ Γενεσίος καὶ Μανουὴλ οἱ Βυζάντιοι, Νικηφόρος ὁ διάκονος ὁ Φρύξ, ὁ Ἀσινὸς Λέων, Θεόδωρος ὁ τῆς Σίδης γενόμενος πρόεδρος καὶ ὁ τούτου ἀνεψιὸς καὶ ὁμώνυμος ὁ τῆς ἐν Σεβαστείας καθηγησάμενος ἐκκλησίας, καὶ ἐπὶ τούτῳ Δημήτριος ὁ τῆς Κυζίκου καὶ ὁ μοναχὸς Ἰωάννης ὁ Λυδός, οἰκείαν ἕκαστος ὑποθεσὶν προσθησάμενος, ὁ μὲν ἔπαινον βασιλέως, ὁ δὲ ψόγον πατριάρχου, ἕτερος δὲ φίλον ἐγκώμιον, καὶ ἐν ἱστορίας σχήματι τὸν ἑαυτοῦ ἕκαστος ἀποκληροῦντες σκοπόν, πόρρω τῆς τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν πε-

inde principium sumens Theophanes confessor obitu Nicephori, qui de generali logotheta imperator fuit factus, historiam suam finit. post hunc etiam alii idem opus in manus sumpserunt, ut Siculus, ut honoratissimus Psellus, ac praeter hos alii. ceterum isti accuratam atque exactam temporum rationem non tenuerunt, neque aliud praestitere quam quod nuda regum enumeratione exposita, quis cui in imperio successisset docuerunt. nam Theodorus Daphnopates, Nicetas Paphlagon ac reliqui Byzantii, tum Nicephorus diaconus Phryx, Leo e Caria, Theodorus Sida oriundus, alterque Theodorus Angustanus, Demetrius item Cyclicenus ac Ioannes monachus, horum quivis peculiari sibi proposito

ἐπόθεισιν προσθησάμενοι, ὁ μὲν ἔπαινον φέρε εἰπεῖν βυσιλλῶς, ὁ δὲ ψόγον πατριάρχου, ἄτερος δὲ φθλου ἐγκώμιον, πόρρω τῆς τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν διανοίας ἀποκεπτώκασι καὶ πρὸς ἀλλήλους διημέθησαν. ὁ δὲ πρωτοβεστιάριος Ἰωάννης ὁ Θουρκήσιος τὸ ἐπὶ 5 νυμοι, συντομωτέραν ἐνδιδόναι κατέληψεν τῶν ἐν διαφόροις συμβεβηκότων καιροῖς, τὰς τῶν ἀνωθεν λεχθέντων συγγραφέων ἰστορίας ἀναλεξάμενος καὶ ἐγκατάσκευον ποιησάμενος τὴν γραφὴν ἀπὸ τοῦ τέλους ἤρξατο τοῦ ἀπὸ γενικῶν Νικηφόρου, καὶ τὰ ἐμπαθῶς ἢ καὶ πρὸς χάριν λεχθέντα ἀποδιοπόμπησε, γυμνῆν τὴν 10 ἰστορίαν παρῆδεδωκεν. ἡμεῖς δὲ τὰς τούτων ἐπελθόντες βίβλους

πρώκασι διανοίας. ἀποτάδην γὰρ τὰ κατὰ τοὺς αὐτῶν χρόνους συνειρηθέντα καὶ μικρὸν ἀνωθεν ἱστορικῶς συγγραφάμενοι, καὶ ὁ μὲν συμπαθῶς ὁ δὲ ἀντικαθῶς, ὁ δὲ καὶ κατὰ χάριν, ἄλλος δὲ καὶ ὡς προσετίετατο, τὴν αὐτοῦ συνθεῖς ἱστορίαν, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐν τῇ τῶν αὐτῶν ἀφηγήσει διαφερόμενοι, ἄλλῃσιν καὶ ταραχῆς τοὺς αἰροιαῖς ἐμπεληκασιν. ἡμεῖς δὲ τῶν πόνων τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν ἐκεῖ ἐντυχόντες, καὶ λυσιτελήσειν οὐ μικρὰ τὴν συνοφίην τοῖς φιλοῖστοροῦσιν ἐπέλαστας, καὶ μάλιστα τοῖς τὸ ἄστυον τοῦ ἐπινοωτέρου προτιθεμένοις, συντομωτάτην διδούσαν κατέληψεν τῶν ἐν διαφόροις συμβεβηκότων καιροῖς καὶ τοῦ βάρους τῶν ὑπονημάτων ἐλευθερούσαν, τὰς τῶν ἀνωθεν λεχθέντων συγγραφείσας ἐπ' ἀκριβῆς ἱστορίας ἀναμαξάμενοι καὶ τὰ ἐμπαθῶς ἢ καὶ πρὸς χάριν λεχθέντα ἀποδιοπομήσαντες, καὶ τὰς διαφορὰς καὶ διαφανίας παρέντες, ἀποξείσαντες δὲ καὶ ὅσα ἐγγὺς ἐρχόμενα εὐρόμεν τοῦ μυθώδους, τὰ δὲ εἰκότα καὶ ὅσῃα τοῦ παιδανοῦ μὴ ἀπέτιπτε συλλεξάμενοι, προσθέντες δὲ καὶ ὅσῃα ἀγράφως ἐκ παλαιῶν ἀνδρῶν ἐδιδάχθημεν, καὶ ὅφ' ἐν ἐπιδρομάδην συνθέντες, τοῖς μεταγενεστέροις καταλειοίπαμεν τροφήν ἀπαλήν καὶ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου ἀληθεσμένην, ἐν οἷ μὲν τὰς τῶν ἐρηθέντων ἱστορικῶν βίβλους ἐπελθόντες ὑπονημῆματα ἔχοιεν συντέθημον φέροντες καὶ ἐπιόντες τοῦτο τὸ βιβλίον (οἶδε γὰρ ἡ ἀνάγνωσις ἀνάμνησιν ἐμποιεῖν, ἢ δὲ ἀνάμνησις τρέφειν καὶ μεγαλύνειν τὴν μνήμην, ὡσπερ τοῦναντίον ἡ ἀμέλεια καὶ ἄσωτῶν ἐπιφείρειν ἀμνησίαν, ἢ τινὲ πάντως ἔκειται λήθη ἀμνηροῦσα καὶ συγχέουσα τὴν μνήμην τῶν πεπραγμένων), οἱ δὲ μήπω ἐντυχόντες ταῖς ἱστορίας ὁδηγὸν ἔχοιεν τὴνδε τὴν ἐπιτομήν καὶ ἀναζητοῦντες τὰ πλατικῶς γεγραμμένα ἐντελεστέραν τῶν πεπραγμένων λάβοιεν εἰδῆσιν. 5 συντομωτέραν ἐπιχειρήσας (ἀν βουληθεῖς?) ἐνδιδόναι? 9 ἀποδιοπομήσας?

argumento (verbi gratia, laudationem alius regis, alius patriarchae vituperationem, alius amici praedicationem) procul a nominatorum virorum sententia aberrarunt, ipsique inter se dissenserunt. iam Ioannes Protovestiarius cognomento Thracensis, compendiosiores eorum quae diversis evenerunt temporibus notitiam tradere conatus, supra commemoratorum scriptorum historiis accurate perfectis indeque in suos commentarios quae ad rem facerent collatis, ab exitu Nicephori cuius paulo ante meminimus exorsus est, repudiatisque quae ex animi commotione aut in gratiam alicuius scripta fuerant, nudam historiam tradidit. nos autem evolutis horum libris, indeque iis quae attinebat collectis, adie-

τὰ εἰκότα συνελέξαμεν, προσθέντες καὶ ὅσα ἀγράφως ἐκ παλαιῶν ἀνδρῶν ἐδιδάχθημεν. ἀλλὰ μὴν καὶ ἀπὸ τῆς Λεπτῆς Γενέσεως οὐκ ὀλίγα συλλέξαντες καὶ ἀπὸ ἐκκλησιαστικῶν ἱστοριῶν καὶ ἀπ' ἐτέρων βιβλίων, καὶ ὅφ' ἐν ἐπιδρομάδῃ συνθήμενοι, τοῖς μεταγενεστέροις καταλελοίπαμεν τροφήν ἀπαλὴν καὶ ἀηλεσιμένην, ἢ 5

C οἱ μὲν τὰς τῶν ῥηθέντων ἱστορικῶν βιβλίου ἐπιελθόντες ἔχουσι ἐπομνήματα (οἶδε γὰρ ἡ ἀνάγνωσις ἀνάμνησιν ἐμποιεῖν, ἡ δ' ἀνάμνησις τρέφειν καὶ μεγαλύνει τὴν μνήμην, ὡπερ τοῦναντίον ἡ ἀμέλεια καὶ ῥαστώγη ἐπιφέρειν ἀμνηστίαν, ἧ τινὶ πάντως ἔπεται λήθη, ἀμαυροῦσα καὶ συγχέουσα τὴν μνήμην τῶν πεπραγμένων), οἱ δὲ μήπω ἐντετυχηκότες ταῖς ἱστορίαις ὁδηγὸν ἔχουσι τήνδε τὴν ἐπιτομήν.

Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. παχυμερῶς εἰπὼν τὰ συνεκτικώτατα τῶν στοιχείων, μετὰ ταῦτα λεπτομερῶς ἐξηγεῖται τὴν ἀρχὴν τῆς κτίσεως, λέγων "καὶ εἶπεν ὁ θεός, 15 γενηθήτω φῶς." ἰστέον οὖν ὅτι πᾶν ὃ ἦν πρὸ τῆς τοῦ κόσμου

D τούτου συστάσεως, ἐν φωτὶ ἦν· οὔτε γὰρ αἱ τῶν ἀγγέλων χορεῖαι ἐν σκότει διήγον οὔτε πᾶσαι αἱ ἐπουράνιοι στρατιαί, ἀλλ' ἐν τῷ φωτὶ καὶ πάσῃ εὐφροσύνῃ πνευματικῇ τὴν πρέπουσαν αὐταῖς λειτουργίαν ἐκπληροῦσαι. τὸ γὰρ σκότος ἐκ τῆς τοῦ οὐρανοῦ ἐφα- 20 πλώσεως καὶ τὰ ὑπὸ τούτου σκεπόμενα γέγονεν. ἐπὶ τούτων τολῶν εἶπεν ὁ θεὸς γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς· ἔχωρισθη γὰρ

5 μεταλελοίπαμεν P i. e. editio Parisiensis
ἐπὶ malebat Xylander

21 καὶ] κατὰ ?

ctis etiam quae, cum non essent scripta, ab antiquis hominibus tradita didiceramus, non pauca etiam ex parva Genesi, ecclesiasticis historiis aliisque libris complexi, cursim omnia in unum composuimus volumen. quod opus posteris relinquimus tanquam alimentum tenerum ac mola praeparatum, ut et qui dictorum historicorum scripta legerunt, commentarios habeant (etenim lectio ad recordationem excitandam est efficax, recordationi ad alendam augendamque memoriam vis est, quemadmodum contra incuria et negligentia immemores reddit; unde prorsus oblivio consequitur, memoriam rerum gestarum obscurans atque confundens) et qui historias nondum cognoverunt, hoc compendio ductoris loco utantur.

Principio fecit deus caelum et terram. confusius iis mundi partibus nominatis quae maxime reliquas in se continent, distinctius deinceps creationis principium enarrat, dicens "et dixit deus, fiat lux." sciendum est, quidquid ante huius mundi constitutionem exstitit, id in luce fuisse. nam neque angelorum choreae in tenebris degebant neque universi caelestes exercitus, sed in luce, et omni spiritibus congruente laetitia suum quivis munus obibant. tenebrae autem extensione caeli, qua tegebantur ea quae infra caelum sunt, exstiterunt. de his ergo dixit deus "fiat lux," ac exstitit lux. nam a tenebris separata est, et ab opi-

ἀπὸ τῶν σκότους, καὶ ἡμέρα ὠνομάσθη παρὰ τοῦ δημιουργοῦ.
 ἡ πρώτη ἐστὶ τοῦ παρ' Ἑβραίοις λεγομένου Νισὰν τοῦ πρώτου
 μηνός, εἰκοστὴ δὲ πεμπτὴ τοῦ παρὰ Ῥωμαίοις Μαρτίου μηνός, P 3
 παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις ζ' Φαμενώ τοῦ κατ' ἀποκαλιόμενου παρ' αὐτοῖς
 5 μηνός. ἐν ταύτῃ καὶ Γαβριὴλ τὸν ἀσπασμὸν ἐπὶ τῇ θείᾳ συλλή-
 ψει τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ τῇ ποναχρίαντι θεοτόκιῳ ἐφθέξατο.
 ἐν ταύτῃ καὶ ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ πατρὸς μετὰ τὴν ἕξ αὐτῆς ἄρ-
 ρητον γέννησιν πᾶσαν πληρώσας οἰκονομίαν ἐκ νεκρῶν ἀνέστη·
 ἦνπερ καὶ κυριακὸν πάσχα οἱ ἄγιοι πατέρες ὠνόμασαν, ἀρχὴν λα-
 10 βόντες κατὰ τὴν αὐτὴν ἁγίαν τῆς ζωοφόρου ἀναστάσεως ἡμέραν
 τοῦ πεντακισχιλιοστοῦ πεντακοσιοστοῦ τριακοστοῦ ἐνάτου ἔτους B
 ἀπὸ κτίσεως κόσμου. καὶ τινὲς δὲ τῶν ἁγίων θεοφόρων πατέρων
 ἐν τῇ αὐτῇ ἔφασαν τῇ ἡμέρᾳ, θηλονόντι τοῦ Μαρτίου μηνός, καὶ
 τὴν ἐπὶ γῆς δευτέραν τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν
 15 γενήσεσθαι παρουσίαν, ἐν ᾗ κρινεῖ πᾶσαν πνοήν, ὡς τοῦ μέλλον-
 τος αἰῶνος ἀπ' αὐτῆς πάλιν τὴν ἀρχὴν λαμβάνοντος. ὅτι ἐν
 αὐτῇ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ, ἣτις ἦν κυριακή, ἤγουν τῇ μιᾷ τῶν σαβ-
 βάτων, ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, πνεῦμα καὶ φῶς
 καὶ νυχθήμερον καὶ ἐκ τοῦ συμβεβηκότος τὸ σκότος, ὁμοῦ ἔργα
 20 ἐποίησεν. ὁ δὲ Ἀφρικανὸς τὴν πρώτην ἡμέραν νοσητὴν λέγει διὰ τὸ
 ἀδιάγνωστον εἶναι τέως τὸ πρωτόκτιστον φῶς καὶ κεκρυμμένον. ἐν C

13 τῇ ἡμέρᾳ] ταύτῃ ἡμέρᾳ?

fice ei nomen diei impositum. est autem prima dies primi Ebraeorum mensis, qui mensis ab iis Nisan dicitur; eademque quinta post vigesimam eius mensis quem Romani Martium vocant, apud Aegyptios est septima mensis, quem ii Phamenoth appellant, estque iis in ordine vigesimus nonus. ea die divinam dei nostri servatoris conceptionem castissimae virgini dei genitrici Gabrielus salutatione denuntiavit. eadem die unigenitus patris filius, cum ex ea ineffabili modo natus omni suo in carne defunctus esset officio, e mortuis surrexit. quam diem etiam pascha dominicum beati patres nominarunt, facto eius rei initio ab ea ipsa sacra die vivificae resurrectionis, quae fuit anno ab origine mundi quinquies millesimo quingentesimo trigesimo. praeterea quidam beatorum et divino instiactu praedictorum patrum eadem die (nimirum 25 Martii) alterum filii dei et servatoris nostri Iesu Christi adventum fore pronuntiaverunt, quo de omni anima est iudicium acturus, quippe futurum saeculum rursus ab hac ipsa die inchoandum existimantes. nota, prima ista die, quae fuit dominica sive prima post sabbatum, fecit deus caelum et terram, spiritum et lucem, diem naturalem, quae die ac nocte constat, ac (quod erat istorum consecrarium) tenebras: septem numero opera effecta. Africanus autem primam diem intelligentia tantum considerari ait, quod eatenus lux quae ante omnia creata fuit, internosci non potuerit ac diffusa fuerit. secunda naturali die

τῷ δευτέρῳ δὲ νυχθημέρῳ ἐγένετο στέρωμα, ἔργον ἔν. στερέωμα δὲ ἐκλήθη τὸ δημούργημα διὰ τὸ τὴν φύσιν τῶν ὑπερκειμένων ἢ ὑποκειμένων λεπτὴν εἶναι καὶ ἀραιάν, οὐρανὸς δὲ διὰ τὸ καθορᾶσθαι τρόπον δέριως ὑπὲρ κεφαλῆς ἠπλωμένος. ἐν τῷ τρίτῳ νυχθημέρῳ φανέρωσις γῆς καὶ ἀναξήρασις, παράδεισος, δένδρα 5 παντοῖα, βοτάναι καὶ σπέρματα, ἔργα τέσσαρα. ξηρὰ δὲ ἐπεκλήθη ἡ γῆ, ἐπειδὴ καὶ ἴδιον αὐτῆς ἐστὶ κατὰ φύσιν τὸ πρόσρημα· τὸ γὰρ κυρίως ξηρὸν γῆ ἐστίν. ἐπειδὴ ὡσπερ τι βύρος ἀπέθετο

D τὰ ἐπικείμενα αὐτῇ ὕδατα, λοιπὸν βλαστάνειν προσετάχθη. ψυχὴν δὲ ᾤωσαν ἐξαγωγῆν ἐκελεύσθη, ἵν' ἐκ τούτου γινώσκηται τῆς 10 τε ἀλόγου ψυχῆς ἢ διαφορὰ καὶ τῆς ἀνθρωπείας· ἐκ γὰρ γῆς ἐφύη τῶν ἀλόγων ἡ ψυχὴ, ἡ δὲ τοῦ ἀνθρώπου ἐκ τοῦ θεοῦ ἐμφυσήματος συνέστη. καὶ οὗτοι γενητὰ ἐστὶ τῶν ἀλόγων ἡ ψυχὴ, ἐξ αὐτῆς ἐστὶ γινῶναι πάλιν τῆς γραφῆς· εἴρηται γὰρ, ψυχὴ παντὸς κτήνου τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐστίν. αἷμα δὲ πηγνύμενον εἰς σάρκα 15 μεταβάλλεται, σὰρξ δὲ φθειρομένη εἰς γῆν ἀναλύεται. εἰκότως οὖν γεώδης ἡ τῶν ἀλόγων ψυχὴ. τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἥλιον, τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας, ἔργα τρία. τῶν

P 4 φωστήρων γενομένων πολυμερῆς τῷ παντὶ παρεσχέθη ὄφελος, ἐκ τε τοῦ φαίνειν καὶ ταῖς οἰκείαις λαμπηδόσι καταυγάζειν τὸν κόσμον 20 πλουσίως, ἐκ τε τοῦ ἀνίσχειν καὶ καταδύεσθαι τὴν τῶν χρόνων ἀπυρίθμησιν γίνεσθαι. ἀλλὰ καὶ τῶν σημείων, οἷά ἐστι διὰ τῆς σελήνης φαίνεσθαι. λεπτὴ γὰρ οὖσα ταῖς κεφαλαῖς καὶ καθαρὰ

8 ἐπειδὴ δὲ ὡσπερ?

21 τοῦ] τοῦ εἶ?

22 καὶ] κάκ?

firmamentum est factum: opus unum. hoc autem nomen habet, propterea quod tenuis est et rara eorum quae supra id atque infra sunt natura. caelum autem (Graece οὐρανός) dicitur, quod pellis instar videtur supra caput expansum. tertia die terrae apparitio ac siccatio, paradisi, omnis generis arbores, herbae et semina: quattuor opera. arida autem seu sicca appellata fuit terra, quod nomen naturae eius proprium est: proprie enim siccum quod sit, terra est. haec ubi se iniecit desuper aquis exoneravit, iussa porro est germinare. iussa est autem producere animam viventem, ut inde cognosceretur bruti ac hominis animae discrimen: nam brutorum anima ex terra est nata, hominis autem ex divina inspiratione orta est. esse autem brutorum animam terrenam, rursus ex ipsa potest intelligi scriptura: dicit enim "anima omnis pecoris est sanguis eius." porro sanguis concretus in carne mutatur, caro suo interitu in terram dissolvitur. itaque consentaneum est brutorum animam esse terrenam. quarta die solem lunam et stellas deus fecit: tria opera. luminarium ortus multiplicem universo utilitatem attulit, cum lucendo suoque splendore mundum affatim illustrando, tum ortu obituque suo tempora distinguendo. tum qualia signa praebeant, luna declarat; cuius cornua acuta ac pura si sint, constantem diei sere-

περὶ τὴν ἡμέραν σταθρὰν εὐδίαν κατεπαγγέλλεται, παχεῖα δὲ ταῖς κεραλαῖς καὶ ὑπέρορθρος φαινομένη ἢ ὕδωρ λάβρον ἀπὸ νεφῶν ἢ χειμῶνα ἔσεσθαι μὴνύει. ὡσαύτως καὶ ὁ ἥλιος ἀνθρακώδης γενόμενος καὶ ὕφαιμος ταῖς ἀκτίσιν ἢ τὸ ἀπαύγασμα βίαιαν κίνησιν δηλοῖ ἐπιγενέσθαι. καὶ μάρτυρες τούτων πλωτῆρες καὶ γεω- **B**
 γοὶ καὶ ὄδοιπόροι. τῇ ε' ἡμέρᾳ τὰ ἐρπετὰ, τὰ νηκτὰ πάντα, κήτη ἔχθυρες καὶ ὄσα ἐν τοῖς ὕδασιν, ἔτι τε καὶ πετεινά, ἔργα τρία. τῇ ε' ἡμέρᾳ τὰ τετράποδα, τὰ ἐρπετὰ τῆς γῆς, τὰ θηρία καὶ τὸν ἄνθρωπον, ἔργα τέσσαρα. ὁμοῦ πάντα τὰ ἔργα εἰκοσιδύο,
 10 ἰσάριθμα τοῖς Ἑβραϊκοῖς γράμμασι καὶ ταῖς εἰκοσιδύο αὐτῶν βίβλοις καὶ ταῖς ἀπὸ Ἀδάμ ἕως Ἰακώβ εἰκοσιδύο γενεαρχαῖς, ὡς ἐν Λεπτῇ φέρεται Γενέσει, ἣν καὶ Μωσέως εἶναι φασὶν τινες ἀποκά-
 λυψιν. αὕτη τὰς οὐρακίους δυνάμεις τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ λέγει ἐκτί-
 σθαι. τίνος δὲ χάριν τὴν ε' ἡμέραν ἐλόγησεν ὁ Θεός, καὶ οὐ **C**
 15 πύσας; φασὶν τινες. λέγομεν οὖν ὅτι ἐκάστη τῶν ἄλλων ἐκ τῆς ἐν αὐτῇ γενομένης δημιουργίας ἔσχε τὴν εὐλογίαν· ἐπειδὴ δὲ ἔμελλεν αὕτη μόνη μένειν ἀγέραστος, μηδεμιᾶς ἐν αὐτῇ γενομένης δημιουργίας, τούτου χάριν ἠλόγηθη καὶ αὕτη ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ ἡγιασθη, καὶ σάββατον ὡς καταπαύσιμος προσηγορεύθη, καὶ ὡς
 20 τύπος τῆς ἐβδόμης χιλιετηρίδος καὶ τῆς τῶν ἡμαρτωλῶν συντε-
 λείας, ὡς Ἰώσηπος μαρτυρεῖ καὶ ἡ Λεπτὴ Γένεσις.

Τὰ θηρία καὶ τὰ τετράποδα καὶ τὰ ἐρπετὰ δμοῶντα ἦσαν

nitatem promittit, sin obtasis cornibus ac subrubens appareat, aut largos imbres aut tempestatem fore indicat. eodem modo sol quoque, si prunae instar candeat ac sanguinis colore tinctos radios splendoremque edat, motum violentum imminere ostendit. testes harum rerum sunt nautae agricolae viatores. quinta die repentia, quaecunque natant, cetos, pisces, et quaecunque in aquis vivunt, ac praeterea volucres deus creavit: opera tria. sexta die quadrupeda, ea quae humi serpunt, bestias et hominem: opera quattuor. numerus omnium operum simul vigintiduo; quae summa aequat numerum literarum Ebraicarum, et rursus librorum quibus Iudaei utuntur, itemque vigintiduo graduum generis ab Adam usque ad Iacobum, ut in parva Genesi legitur, quam etiam nonnulli aiunt esse Mosis patefactionem. idem liber tradit caelestes quoque potentias prima die creatas esse. cur autem, inquiunt quidam, non omnes, sed septimum duntaxat diem deus faustum esse iussit? respondemus reliquarum unamquamque ex officio quod ea die peractum est, suam habere prosperitatis denuntiationem: cum autem sola septima eo honore esset caritura, nullo ea die opere condito, ideo ipsa quoque a deo fausta esse iussa est ac consecrata et sabbatum appellata; ut quae quietem afferat, et repraesentet septimum annorum millenarium, finemque peccantium hominum; ut Iosephus testatur et parva Genesim.

Bestiae ac quadrupeda et reptilia ante delictum communi cum ho-

- D** πρὸ τῆς παραβάσεως τῷ ἀνθρώπῳ, διότι, φησὶν, ὁ ὄφις ἀνθρω-
 πίνῃ φωνῇ ἐλάλησε τῇ Ἐῤῥα. πῦσα δὲ λογικῆ φύσις κατ' εἰκόνα
 Θεοῦ, ταῦτα δὲ οὐκ εἰσὶ κατὰ εἰκόνα Θεοῦ· τὸν γὰρ ὄφιν ὁμο-
 λογοῦμεν λελαληκέναι τῇ Ἐῤῥα, στόμα γενόμενον τῷ νοητῷ ὄφει,
 ἐν ᾧ ἐνεργήσας ὡς συνήθει ὄντι τῷ ἀνθρώπῳ κατὰ τὰ λοιπὰ θη-
 ρία δι' αὐτοῦ ἠπάτησε τοὺς προπάτορας, ὁ μετὰ τοῦτο καὶ ἐν
 ἀψύχοις εἰδώλοις καλήσας τοῖς ὑπ' αὐτοῦ δελεασθεῖσι πολυτρόπως
 εἰδωλολάτραις. τὸ δὲ εἶναι τὸν ὄφιν τετράπουν τὸ πρὶν καὶ μετὰ
 τὴν πονηρὰν εἰσήγησιν ἐρπυστικόν, καὶ ἰὸν αὐτῷ ἐπὶ τὴν γλῶσσαν
P 5 ἐντεθῆναι, οὐκ ἀπιστοῦμεν. φρόνιμος δὲ ὁ ὄφις ἐκλήθη, ὅτι τὸ 10
 λογικὸν ζῶον τὸν ἀνθρώπον, καὶ τῶν ἄλλων ἀγχινοῖα διαφέρειν,
 ἔξαπατᾶν ἔμελλεν. ἄλλοι δὲ φασιν ὅτι οὐ τῷ κατὰ προφορὰν λόγῳ
 ὁ ὄφις ἐχρήσατο· ἀλλ' οἱ πρωτόπλαστοι, ὅτε κακίας ὄντες ἀμι-
 γεῖς, ἀκριβεστάτας εἶχον τὰς αἰσθήσεις καὶ πολλὰ τῶν ἡμετέρων
 διαλλαττούσας, ὥστε τὴν ἀκοὴν αὐτῶν πάσης ὑπάρχειν φωνῆς 15
 ἀκουστικῆν. ἐπειδὴ γὰρ βασιλεὺς ὡσπερ προήχθη ἐν τῷ κόσμῳ
 ὁ ἀνθρώπος, εἰκότως κατ' εἰκόνα Θεοῦ γενένηται· ἔδει γὰρ τὸν
 μέλλοντα ἄρχειν τῶν ἄλλων ὡσπερ τινὰ εἰκόνα εἶναι ἐμψυχον τῆς
 τοῦ παμβασιλέως ὁμοιότητος, οὐκ ἐν πορφυρίδι καὶ σκήπτρῳ καὶ
B διαδήματι τὴν ἄξίαν ἐμφαίνοντα, ἐπεὶ μηδὲ τὸ ἀρχέτυπον ἐν τού- 20
 τοις ἐστίν, ἀλλ' ἐν τῷ κεκοσμηθῆναι τῇ ἀφθαρσίᾳ καὶ ἀθανασίᾳ
 καὶ ἀρετῇ· τούτοις γὰρ τιμηθεὶς ὁ ἀνθρώπος τὴν πρὸς τὸ πρωτό-

minibus voce usa sunt. nam (inquit) serpens humana voce Evam est allocutus. omnis autem natura ratione praedita est secundum imaginem dei. at vero ista non sunt facta secundum imaginem dei. etenim serpentem fatemur Evae verba fecisse, ita quidem ut is oris loco fuerit serpenti, quem et significatum intelligentia deprehendimus. hic illo, ut cum homine plus quam reliquis sit animantibus consuetudinis habente, usus instrumento, generis nostri auctores decipit. idem postmodo etiam in simulacris inanimis locutus est ad variis modis a se inescatos simulatorum cultores. neque tamen non credimus serpentem initio fuisse quadrupedem, ac post malitiosam istam inductionem humi serpendi necessitate adstrictum, linguaeque eius virus impositum. vocatus est serpens callidus, quod homini, animali ratione praedito et reliquis acumine mentis praestanti esset impositurus. alii dicunt non expressis verbis usum serpentem, sed primo creatos homines, utpote ab omni malitia puros, acutissimos habuisse sensus multoque nostris praestantiores; itaque suo auditu omnia vocis genera percepisse. quando enim in mundum homo tanquam rex productus fuit, conveniebat eum ad imaginem dei factum esse: quippe oportebat eum qui aliis esset imperaturus, veluti imaginem quandam animatam esse similitudinis eius qui rex est omnium; qui non purpura sceptrο ac diademate dignitatem suam monstraret, quando et exemplar ad quod ille factus est nihil horum habet, sed eo quod interitus vacuitate immortalitate ac virtute exornatus esset: his enim rebus decoratus homo similitudinem imaginemque exemplaris ad

τυπον εικόνα και ὁμοιότητα διασώζει. ἔτι δὲ καὶ ἡ αὐτεξουσίτης τὸ βασιλικὸν καὶ ἐπηρμένον τῆς φύσεως τοῦ ἀνθρώπου καὶ πρὸς τὴν θείαν εἰκόνα ἐμφορὲς προφανέστατα δείκνυσι. κατὰ τοῦτον τὸν λόγον καὶ χειρῶν Θεοῦ ἔργον ὁ ἄνθρωπος διὰ τὴν τιμὴν τῆς κατασκευῆς· καὶ γὰρ βουλῆς ἐνέργεια τὸ πᾶν. τὸ "ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτόν" διὰ τὸ μέλλον τῆς παιδογονίας λέγει· συνεργεῖ γὰρ τὸ θῆλυ τῷ ἀνδρὶ πρὸς τὴν τοῦ γένους αὔξησίν τε καὶ C διαμονήν. πλασθείσης δὲ τῆς γυναικός, ὡς ἑώρα αὐτὴν ὁ Ἄδάμ, οὐχ ὡς γυναῖκα θεώμενος ἔπασχεν, ἀλλ' ὡς ἑαυτὸν ὁρῶν πνευ-
 10 ματικῶς ἠυφραίνεται, τὴν ὁμοίαν βλέπων καὶ ταύτην ἔχουσαν κατασκευήν. ὡσαύτως καὶ ἡ γυνὴ ὁρῶσα τὸν ἄνδρα μεγάλως ἠγάλλετο, κατ' αὐτὸν οὔσα ἑαυτὴν ἐννοοῦσα. τὸ δὲ "θανάτω ἀποθανεῖσθε" θνητοὶ ἔσεσθε σημαίνει, ὡς καὶ ὁ Σύμμαχος ἠρμήνευσεν. ἐργάζεσθαι καὶ φυλάσσειν σημαίνει, ἐργάζεσθαι μὲν τὴν
 15 εὐχαριστίαν καὶ τὴν αἴνεσιν τῷ τοσοῦτων καὶ τηλικούτων ἀγαθῶν παροχεῖ, φυλάσσειν δὲ καὶ τηρεῖν, μὴ πως ἀπνοηθεῖς καὶ λήθην D τοῦ ἐνεργήτου λαβῶν τῆς ἐν χειρσὶν ἀποπέση μακρυότητος καὶ ἐδζωίας. Ἄδάμ δὲ ἐρμηνεύεται γήινος, Ἐῶα δὲ ζωή· καὶ γὰρ αὐτοὶ τῆς γῆτινης καὶ σαρκικῆς ζωῆς ἀρχηγοὶ καὶ πατέρες τῷ ὄντι χρημα-
 20 τίζουσιν, ὡπερ τῆς οὐρανίας καὶ πνευματικῆς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ὁ νέος Ἄδάμ, καὶ ἡ ἀπειράνθρωπος αὐτὸν τεκοῦσα, ἀπαρχὴ καὶ αἰτία τοῖς πᾶσι τοῦ Θεοῦ τέκνοις εἶσιν.

13 Ἔσεσθαι P


Annus aetatis vigesimus quartus agens Abrahamus agnitum universi opificem adoravit. angelus autem dei docuit eum Ebraicam sermonem, sicuti idem angelus Mosi dixit, ut est in parva Genesi. sed et Aramus uxore ducta Lotum genuit ac filiam Melcham, quae Nachori nupsit.

Abrahamus iam sexagenarius, cum videret se suadendo patrem ceterosque domesticos a superstizioso simulacrorum cultu deducere non posse, noctu clam omnibus fanum simulacrorum incendit. quae cum conflagrarent, fratres re intellecta prosilierunt, ut ex medio igne simulacra eriperent; et Aramus cum eam rem maiori conatu moliretur, in medio incendio periit. hunc cum pater simulacrorum opifex in Ure Chaldaeae regionis urbe humasset, inde Charras Mesopotamiae urbem commigravit. eo loci Abrahamo, cum per quindecim annos in familia patris vixisset, nocte quadam subit ex siderum motu insequentis temporis statum considerare, quippe non mediocriter omnem eam scientiam patris doctrina atque exercitatione tenenti. ergo singulis de quibus quaerebat consideratis, supervacaneam esse universam istam curiositatem deprehendit,

αὐθις τὸν θεόν, εἰ βούλοιο, μετασκευάσαι πρὸς τὸ οἰκεῖον βούλημα τὰ προεγνωσμένα. πῦσιν οὖν τούτοις καὶ τοῖς τοιούτοις ἐξ ὄλης ἀποταξίμενος ψυχῆς καὶ σπουδῆς, καὶ τελείαν τῆς περι τὸ θεῖον εὐσεβείας δόξης τὴν ἀπόδειξιν, ἀκούει παρὰ τοῦ θεοῦ “ ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ C
5 ἐκ τῆς συγγενείας σου καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς σου.” καὶ ἐξελθὼν ἅμα τῇ γυναικὶ Σάρρα καὶ Ἀὐτ τῶ ἀδελφιδῶ μετοικίζεται εἰς τὴν Ἀρφαξὰδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μερίδα, ἣν οἱ Χανααῖοι κατασχόντες γῆν Χανααίων προσηγόρευσαν, ὡν ἑτῶν οὐκ ἔτι τοῦ κόσμου ἦν ἔτος τρισχιλιοστὸν τριακοσιοστὸν ὀγδοηκοστὸν ἕβδομον. ἐλθὼν δὲ 10 Ἀβραὰμ εἰς Συγέμ κατὰ θεῖον χρησμὸν ὠκοδόμησε θυσιαστήριον ἀνὰ μέσον Βαιθλῆλ καὶ Ἀγγαί. διαπεράσας δὲ τὸν Ἐδφράτην τὴν προσωνυμίαν ἔλαβεν· Ἑβραῖοι γὰρ περᾶται λέγονται. οἱ δὲ ἀπὸ Ἑβραίων λέγουσιν αὐτοὺς καλεῖσθαι Ἑβραίους. καὶ τῶ παύ ἔτει αὐτοῦ, ἦτοι τῶ ζ' ἔτει τῆς αὐτοῦ παροικίας, κατήλθεν εἰς Αἴγυ- D
15 πτον μετὰ Σάρρας.

Τούτοις τοῖς χρόνοις ἤκμασε Μελχισεδέκ, παρθένος ἱερεὺς ἀγενεαλόγητος, ἐν ἄρτιω καὶ οἴνῳ προτυπῶν τὴν ἀναίμακτον θυσίαν Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν. υἱὸς δὲ ἦν ὁ Μελχισεδέκ Σίδου βασιλέως, υἱοῦ Αἰγύπτου, ὃς καὶ κτίζει Σιδῶνα πόλιν. ἀπάτωρ 20 δὲ καὶ ἀμήτωρ καὶ ἀγενεαλόγητος λέγεται διὰ τὸ μὴ ἐξ Ἰουδαϊκῆς γενεῆς κατάγεσθαι καὶ διὰ τὸ τοὺς γονεῖς αὐτοῦ πονηροὺς ὄντας μὴ ἀριθμείσθαι μετὰ ὁσίων. καὶ ὅτι τῶν Χανααίων ἄρχων τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐβασίλευε· μελὶ γὰρ βασιλεὺς ἐρμηνεύεται, σεδέκ δὲ δικαιοσύνη. Ἱερουσαλὴμ δὲ καὶ ἡ πόλις ὠνομάσθη, πρῶην

quod deus pro sua voluntate omnia quae divinatio praedixisset mutare posset. itaque haec et alias id genus res serio atque toto corde repudians, perfectamque deum colendi pietatem demonstrans, ita est a deo compellatus: “egredere ex terra tua et gente tua et ex familia tua.” itaque cum uxore Sara et fratris filio Loto in portionem progenitoris sui Arphaxadi commigravit, qua potiti tum Chananæi eam terram Chananæorum denominaverunt, annos natus 75, anno mundi 3387. Abrahamus ergo Sichemum ut venit, monitus oraculo, altare inter Bethelam et Angaeam exstruxit. inde Euphrate transmissio Ebraeorum cognomentum cum suis invenit (nam a transeundo Ebraei dicuntur), quamquam ab Ebero alii id nomen deductum sentiant. anno aetatis suae 81, seu peregrinationis septimo, in Aegyptum cum Sara descendit.

Floruit eo tempore Melchisedecus, caelebs, sacerdos, et ignotae stirpis, qui incruentam victimam Christi dei nostri pane et vino iam tum repraesentabat. sane is filius fuit Sidae regis, filii Aegypti: sed patre ac matre carere incertaeque stirpis dicitur, quod genus suum a Iudaeis non duxit, et quia parentes eius, homines mali, cum piis non recensentur; tum quod Chananæis imperans Ierusalemam regno tenebat: melchi enim regem, sedec iustitiam significat. Ierusalem urbis no-

P 28 Ἰεβοῦς λεγομένη διὰ τὸ Ἰεβουσαιους οἰκεῖν ἐν αὐτῇ. τὸ γὰρ Ἰεβοῦς κατὰ τροπήν τοῦ β εἰς ρ γίνεται Ἰεροῦ· τὸ δὲ σιλημ προστιθέμενον Ἰερουσαλήμ ὄνομα ἀποτελεῖ. σιλημ γὰρ εἰρήνην σημαίνει. τοῦτο δὲ ὠνομάσθη ἢ διὰ τὸν Μελχισεδέκ ἱερατεύειν θεῷ ἐν αὐτῇ, ἢ διὰ τὸ ἱερόν εἶναι τοῦ θεοῦ κατὰ τόπον. τοῦτο B δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου γέγονε· δύο γὰρ ποταμοὶ ὃ τε Ἴορ καὶ ὁ Δὰν μιγνύμενοι καὶ ἓνα ποταμὸν ἀποτελοῦντες καὶ τὰς ἐπωνυμίας ἤνωσαν. ἐπεὶ δὲ ἀπὸ ἀλλοτρίων ἔθνος καὶ οὐκ ἀπὸ τοῦ Ἀβραάμ ὁ Μελχισεδέκ κατὰγεται, οὐκ ἐγράφη δὲ πότε ἐγεννήθη καὶ ἀπὸ ποίου πατρὸς καὶ μητρὸς ἢ πότε ἀπέθανε, δικαίως ἂν λέγοιτο 10 μῆτε ἀρχὴν ἡμερῶν μῆτε ζωῆς τέλος ἔχειν αὐτόν· οὐ γὰρ ἠδύνατο B γενεαλογηθῆναι, ἐκ τῶν παραλειφθέντων ἔθνων καταγόμενος.

Τῷ δὲ πρῶτῳ ἔτει τοῦ Ἀβραάμ ἔτεκεν Ἄγαρ τὸν Ἰσμαήλ· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος γιτςή. καὶ πῦρ κατὰ τῆς Πενταπόλεως ἔτελλε θεός, καὶ ἀναλίσκει μὲν ἐξ αὐτῆς ἅπαν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, διαφθείρει δὲ καὶ αὐτὸ τὸ ἀνάστημα τῆς γῆς, καὶ τῆς προκειμένης θαλάσσης νεκροῦται τὰ ὕδατα. μετὰ ταῦτα τῆς κατὰ Μαβρῆ δρῶς ἀπαναστὰς ὁ Ἀβραάμ ἐπὶ τὸ φρέαρ κατασκηνοῖ τοῦ ὄρκου. ἑαυτῷ δὲ ἰδίᾳ καὶ τοῖς οἰκέταις αὐτοῦ κατὰ συγγενείας πηξάμενος σκηνάς, τότε πρῶτον Ἀβραάμ τῆς σκηνοπηγίας ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας 20 C ἐπιτελεῖ τὴν ἑορτήν, ἣν εἰσέτι καὶ νῦν ὁ Ἰουδαῖος ἑορτάζει σκηνοπηγῶν. ἐκ γούν τοῦ Ἰσμαήλ Ἰσμαηλίται οἱ Σαρακηνοὶ ὀνομαζόνται. Σαρακηνοὺς δὲ ἑαυτοὺς μετωνόμασαν, ἀπαξιούντες καλεῖσθαι δουλικῶς Ἀγαρηνοί· οἱ δὲ φασιν ὅτι Σάρρα τὴν Ἄγαρ

men est, cum ante Iebus appellaretur ab incolentibus eam Iebusaeis. nam B in R mutato ex Iebu fit Ieru; cui additum salem Ierusalem absoluit. est autem salem pax; idque nomen loco obtigit, vel quod Melchisedecus deo ibi sacrificabat, vel quod ibi sanum dei erat. eodem modo Iordani nomen est factum: duo enim amnes Ior et Dan confluentes unumque fluvium reddentes nomen quoque ei suis in unum compositis dederunt. quoniam vero Melchisedecus non Abrahami sed aliena familia ortus fuit, neque scriptum est quando, quo patre, qua matre natus aut quando mortuus sit, recte dici possit eum neque initium dierum neque finem vitae habere, cum ex non commemoratis gentibus orti genus recenseri nequiverit.

Anno Abrahami 86, mundi 3398, Agar Ismaelum peperit. tunc igneum imbrem Pentapoli deus immisit, universoque ibi deleto hominum genere ipsas etiam urbes solo complanavit, ac maris vicini aquas enecavit. inde a quercu quae ad Mambren erat digressus Abrahamus ad puteum iurisiurandi tabernaculum fixit; cumque seorsim sibi seorsim servis per familias extruxisset casas, tunc primum septem dies ob tabernacula fixa festos egit; quod adhuc Iudaeis est solenne. ab Ismaelo Ismaelitae dicuntur, iidemque Saraceni. hoc nomen sibi stampserunt, cum ab ancilla Agareni appellari indignarentur. alii dicunt, quod Sara Agaram

κενήν εξαπέστειλε κληρονομίας. παροικήσας δὲ ἐν Γεράροις, τὴν νῦν Ἀσκάλωνα λεγομένην, μετὰ τὴν τῆς Σάρρας τελευταίην ἔλαβε τὴν Χειτοῦραν εἰς γεναῖκα, ἐν τῷ γῆραι αὐτοῦ· ἀφ' ἧς ἔσχεν υἱοὺς πέντε, Ζεμβρίαν Ἰεξάν Μαδάμ Μαδιὰμ Ἰεσβών.

- 5 Ὅτι ὁ Ἀὼτ χωρισθεὶς τοῦ Ἀβραάμ κατέφυκεν εἰς Σόδομα δι' ἀρετὴν καὶ κάλλος τῆς γῆς, ἐχούσης πέντε πόλεις, Σόδομα Γόμορρα Ἀδαμα Σεβοὶν καὶ Σηγώρ, καὶ τοσοῦτους βασιλεῖς. D
 10 τούτοις οἱ πλησιόχωροι τέσσαρες βασιλεῖς Σύρων ἐπολέμησαν, ὧν ἤγειτο Χοδολλογομὸρ βασιλεὺς ὁ Ἰλάμ. συνέβαλον δὲ παρὰ τὴν
 15 θάλασσαν τὴν ἀλικήν. καὶ καλεῖται νῦν θάλασσα νεκρά, πλεῖστα θανμάσια ἔχουσα, ἃ ἐγὼ ἐθεασάμην. ζῶν τε γὰρ οὐδὲν ἐκεῖνο φέρει τὸ ὕδωρ, καὶ νεκρὰ μὲν σώματα ὑποβρύχια γίνεται, ζῶν δὲ τις οὐδ' ἂν ῥαδίως βαπτίσαιτο. καὶ λύχνοι μὲν καιόμενοι ἐπιφέρονται, σβεννύμενοι δὲ καταδύουσιν. ἐνταυθα εἰσιν αἱ τῆς
 20 ἀσφάλτου πηγαί. φέρει δὲ, στυπτηρίαν καὶ ἄλας ὀλίγον τι τῶν ἄλλων διαφέροντα· πικρά τε γὰρ εἰσι καὶ διαναγῆ. ἔνθα δ' ἂν καρπὸς εὐρεθῆ, καπνοῦ πλέον εὐρίσκεται οὐδέν. τὸ δὲ ὕδωρ P 29
 25 ἴαται τοὺς χρωμένους αὐτῷ, λήγει τε παντὶ ὕδατι πάσχον τὰ ἐναντία. εἰ δὲ μὴ Ἰορδάνην εἶχεν ὁ τόπος τροφὴν ὡς πορφύραν
 30 διατρέχοντα καὶ ἐπὶ πολὺν ἀντέχοντα, ἔληξεν ἂν θάττον ἢ φαίνε-
 35 ται. ἔστι δὲ παρ' αὐτῆς πάμπολυ τὸ βαλσάμου φυτόν. ὑπονοεῖται δὲ ἀναιτεράφθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν τῶν περιοικούντων ἀσε-
 40 βειαν.

absque ulla hereditate amandaverit. postea Abrahamus Geraris, quas nunc Ascalon dicitur, inquilinum egit, et a morte Sarae Cheturam uxorem senex duxit, ex qua filios habuit quinque, Zembriam Iexanum Madamum Madiamum ac Iesbonem.

Lotus ab Abrahamo se cum separasset Sodomam ob telluris praestantiam atque elegantiam incoluit; in qua urbes erant quinque, Sodoma Gomorra Adama Seboim et Segor, totidemque reges imperabant. his quinque regibus quattuor finitimi Syrorum reges bellum fecerunt, ductore Chodollogomoro Iliami rege. praelium commissum est apud salum mare, quod nunc mortuum vocatur; quo in mari permulta sunt admirabilia, quas ipse spectavi. nam neque animal ullum ea aqua profert, et cadavera sub aquas decidunt, vivus autem aliquis non facile corpus suum sub aquam mergere possit; et lucernae ardentes quidem innatant, extinctae autem submerguntur. ibi bituminis sunt fontes. fert etiam alumen ac salem modico ab aliis discrimine: nam et amara sunt et pellucida. ubi vero fructus reperitur, nihil quicquam praeter fumam reperitur. aqua sanitatem utentibus confert, prorsusque omnia eorum quae aliis accidunt aquis contraria habet accidentia. quodnisi is locus Iordane pro nutrimento haberet, qui purpurae instar perlabitur ac plurimum resistit, opinione etiam citius desisset. iuxta balsamum uberrime provenit. ob impietatem aecolarum subversa a deo ea loca existimant.

“Οτι ὁ Ἰσαὰκ γέλωσ μεθ’ ἡδονῆς ἐρμηνεύεται· διὰ γὰρ τὸ ἐπιμειδιῶσαι τὴν Σάρραν τῇ θείᾳ τοῦ ἐν γῆρᾳ τοκετοῦ ἐπαγγελίᾳ κέλῃται οὕτω κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν διάλεκτον. γεννηθέντος Ἰσαὰκ ἔτος ἦν κόσμου 711/.

B Κατὰ τούτους δὲ τοὺς χρόνους ἐν οἷς Ἰσαὰκ ἐγεννήθη, ἐν 5 Κρήτῃ ἄρξαι Κρόνον καὶ Ῥέαν Ἕλληνας ἱστοροῦσι. τοῖς δὲ τὸν Ἀτλάντιον κόλπον οἰκοῦσι τοῦ ὠκεανοῦ πρώτον Οὐρανὸν τοῦνομα βασιλεύσαι, γῆμαντα Τιτάν, ἀφ’ οὗ Τιτᾶνας ὀνομασθῆναι. τοῦτον λέγουσι γενόμενον ἐπιμελῆ παρατηρητὴν τῶν ἄστρον πολλοῖς προλέγειν τὰ κατὰ κόσμον. 10

Τῷ δὲ πέ’ ἔτει Ἀβραὰμ λιμοῦ γενομένου κατέβη αὐτὸς εἰς Αἴγυπτον. ἐν τούτῳ τῷ ἔτει τῆς Κρήτης βασιλεύει Ζεὺς ὁ τοῦ Κρόνου υἱὸς καὶ Ἡρα. γίνεται δὲ καὶ ὁ Τιτάνων πρὸς Αἴα πόλεμος. καὶ Διώνυσος, οὐχ ὁ τῆς Σεμέλης ἀλλ’ ἄλλος τούτου **C** πολὺ ἀρχαιότερος, τὸν οἶνον ἐξεύρε καὶ ἐν τοῖς ληνοῖς ἀπέθλιπεν, 15 ἀφ’ ὧν καὶ Αἰθναῖος ὀνομάσθη. ὡς καὶ Δήμητρα λέγεται ἐφευρεῖν τὸν οἶνον καὶ τὴν κριθήν. αὕτη δὲ ἐστὶν ἡ παρ’ Αἰγυπτίους τιμωμένη Ἴσις. ὁ δὲ Διώνυσος παρ’ Αἰγυπτίους Ὅσιρις λέγεται. ἐνταῦθα δὲ καὶ ἡ Μαρσύου τοῦ Φρυγῶς ἕρις κατὰ τοὺς μύθους πρὸς Ἀπόλλωνα διὰ τὴν κιθάραν· ἔλθειν πρὸς Διώνυσον εἰς 20 Νύσσαν, κάκει τὸν Μαρσύαν ἠττηθέντα ἐκδαρῆναι ζῶντα παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος διὰ τὴν ὀργήν, τὰς τε χορδὰς ἐκρηῆσαι καὶ τὴν

Isaaci vocabulum risum a voluptate profectum notat. Ebraica enim lingua id ei nomen factum est, propterea quod Sara audita divina prolis sibi in senectute futurae promissione subriserat. natus est Isaac anno mundi 3413.

Eodem tempore in Creta Saturnum et Rheam regnasse Graeci narant. qui vero ad Atlanticum Oceani sinum incolunt, eos primum regem habuisse Caelum, qui uxorem Titan habuerit, unde Titanes appellati. hunc ferunt accurate astrorum cursus observasse, ac multis quae in mundo eventura erant praedixisse.

Abrahamus annum agens 85 fame oborta in Aegyptum descendit. eodem anno Iuppiter Saturni F. cum Iunone Cretae regnum tenuit. tunc et Titanes bello Iovem tentarunt; et Bacchus, non Semeles ille filius sed alius multo vetustior, vinum repperit, inque torcularibus (lenus Graeci vocant) expressit, unde ei Lenaei cognomen. ita etiam Ceres frumentum fertur et hordeum invenisse. haec est quae Isidis nomine ab Aegyptiis colitur. iisdem Bacchus est Osiris. ea tempestate, ut fabulis perhibetur, Marsyas Phryx et Apollo, cum eis incidisset de cithara contentio, ad Nysam, ubi Bacchus erat, accesserunt, atque ibi Marsya superato Apollo per iram pellem vivo detraxit, ruptisque fidibus inventum

εὐρημένην ἁρμονίαν ἀφανίσαι. ὕστερον δὲ Μούσας καὶ Ὀρφέα ταύτην ἀνευρεῖν Ἄνω.

Τότε καὶ τοὺς παῖδας τοῦ Ὀθρανῶ ἀκμάσαι, ὧν τὸν μὲν D
 Ἄτλαντα ἐπιφανέστατον γενόμενον λαχεῖν τοὺς παρὰ τὸν ἄκεανδον
 5 τόπους. καὶ πρῶτόν φασι τὴν ἀστρολογίαν ἐξακριβῶσαι καὶ τὸν
 σφαιρικὸν λόγον ἐξεργεῖν, ἀφ' ἧς αἰτίας δόξαι τὸν κόσμον ἐπὶ
 τῶν Ἄτλαντος ὤμων ὀχεῖσθαι.

Ἐν τῇ λεπτῇ Γενέσει κεῖται ὅτι Μαστιφὰτ ὁ ἄρχων τῶν
 δαιμονίων προσελθὼν τῷ Θεῷ εἶπεν "εἰ ἀγαπᾷ σε Ἄβραάμ,
 10 θυσάτω σοι τὸν υἱὸν αὐτοῦ." τῷ κέ ἔτει τοῦ Ἰσαὰκ προσήνεγκεν
 αὐτὸν Ἄβραάμ εἰς θυσίαν ἐν τῷ ὄρει Σιών· εἰς ἐκεῖνον γὰρ τὸν
 τόπον τὸ θυσιαστήριον ᾠκοδόμησεν Ἄβραάμ, ἔνθα ὕστερον ὁ P 30
 Δαβὶδ τὸ ἱερὸν ἰδρύσατο. τύπος δὲ τῆς μὲν θεότητος ὁ Ἰσαὰκ,
 τῆς δὲ ἀνθρωπότητος ὁ κριός. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ χρόνος Ἰσάριθμος·
 15 τρεῖς γὰρ ἡμέραι καὶ τρεῖς νύκτες ἐνταῦθα κάκει.

Ὅτι πρὸ τῶν προφητῶν τῷ Ἄβραάμ ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος φα-
 νεῖς ἐν ἀνθρώπου σχήματι τὴν τῶν ἐθνῶν κλησιν θεοπλῆει, ἦν
 καθ' ἡμᾶς ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος εἰς πέρας ἤγαγεν διὰ τῆς εἰς πάντα
 τὰ ἔθνη εὐαγγελικῆς διδασκαλίας. καθὼς δὲ φησιν ὁ Ἰώσηπος,
 20 πρῶτος Ἄβραάμ δημιουργὸν τὸν Θεὸν ἐκήρυσσε, καὶ πρῶτος κατε-
 θῶν εἰς Αἴγυπτον ἀριθμητικὴν καὶ ἀστρονομίαν Αἰγυπτίους ἐδί-
 δαξε· κάτειπθαι ἐπέριστος καὶ παγγέραστος γενόμενος, ἤξιωσεν B
 ὁ βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ γυμνασθῆναι τὰ περὶ ἀστρολογίαν καὶ μα-

concentum abelevit. postea temporis aiunt Musas et Orpheum rursus inventam Lino tradidisse.

Tunc etiam Caeli filios floruisse traditum est. ex his Atlantem maxime celebrem fuisse, atque huic obtigisse loca sunt ad Oceanum. eundem primum astrologiam accurate condidisse et de globo doctrinam protulisse; quae causa fuerit cur mundus Atlantis humeris gestari putaretur.

Scriptum est in parva Genesi Mastiphaten daemoniorum principem ad deum accessisse, ac dixisse "si te diligit Abrahamus, imolet tibi filium sum." Isaacum vigesimum quintum aetatis annum agentem deo ut sacrificium obtulit Abrahamus in monte Sion: ibi enim Abrahamus altare aedificavit, postea David templum fundavit. Isaacus divinae, aries humanae naturae exemplum fuit. sed et temporis quadrat numerus: tres enim dies ac totidem noctes et hic et ibi sunt.

Ante prophetas Abrahamo dei verbum in humana forma apparuit ac de vocandis ad salutem gentibus vaticinatum est; quam rem ad finem nostra aetate verbum dei perduxit, evangelii doctrina per omnes nationes didita. Iosephus auctor est principem Abrahamum deo universi opificium adscripsisse, primumque Aegyptiis, cum ad eos se contulisset, numerorum ac caelestium motuum scientiam tradidisse. ibi cum carus summoque in honore haberetur, rex ab eo, utpote multiplici

γίαν ἔτε πολυπέρου καὶ Χαλδαίου τυγγάνοντος. ἀστρολογία γὰρ καὶ μαγεία ἀπὸ Μαγουσαίων ἦτοι Περσῶν ἤρξαστο· οἱ γὰρ τοὶ Πέρσαι Μαγῶν ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ὀνομάζονται. καὶ δὴ τῶν ἀστρολόγων καὶ μάγων συναθροισθέντων ὁ βασιλεὺς ἄμα τῷ Ἀβραάμ καὶ τοῖς συνήθεισιν ἐκυθίσθη, καὶ ἡσυχίας γενομένης 5 ὁ Ἀβραάμ ἔφη “μαθεῖν βούλομαι παρ’ ὑμῶν τῶν σοφῶν, εἰ δύναται γενεσις καὶ μαγεία βλάψαι τινὰ ἢ ὠφελῆσαι κατὰ τὴν ἕμετέραν δόξαν.” ἀπ’ ὧν ἀποκριθεὶς ἀστρολόγος εἶπεν ἀδύνατον

C εἶναι ἄνθρωπον παρὰ γενεσιν τελευτῆσαι. ὑπὸ δὲ τοῦ Ἀβραάμ κραταιῶς ἐξελεγχόμενων τῶν ἀστρολόγων κελεύει ὁ βασιλεὺς ἀχθῆ-10 ναὶ τινα δέσμιον, ὑποβαλόντος Ἀβραάμ, προκαταδικασθέντα πυρόκαυστον γενέσθαι. ἀχθέντος δὲ προσέταξεν ὁ βασιλεὺς τὴν αὐτοῦ γενεσιν ἀκριβῶς ἐξερευνησαμένους τὸν τρόπον ζητῆσαι τοῦ θανάτου. τῶν δὲ συνεχῶς διασκεψαμένων, καὶ εἰπόντων ὅτι πυρποληθεὶς πάντως ἀποθάνεται, τῆς γενέσεως μάλῃ σαφῶς 15 τοῦτο διαγορευούσης, ἀλλ’ οὐ νῦν, ἔχει γὰρ ἔτι χρόνους ζωῆς, καὶ οὐπω ἐληλύθει ἡ ὥρα τῆς τελευτῆς αὐτοῦ. καὶ ὁ βασιλεὺς

D “ἐγὼ σήμερον τοῦτον” φήσας “ἀπαλλάξω τοῦ διὰ πυρὸς θανάτου, τῷ ὕδατι ἀνελών,” καὶ οὕτω παραντὸ ποιήσας, ἔργῳ παρέστη-20 σεν ὅτι δύναται τι παρὰ γενεσιν γενέσθαι. ἡσυχασάντων δὲ πάντων φησὶν ὁ Ἀβραάμ “οὐ μόνον οἱ ἄνθρωποι ἀλλὰ καὶ τὰ ἄλογα ζῶα ὑπόκεινται γενέσει. ἀλλὰ καὶ οἱ ἄνθρωποι μὲν ἔχουσι τὸ ἐλευθέριον ἐν ἑαυτοῖς, μὴ ὑποκείμενοι γενέσει, καθότι τῆς γενέ-

peritia instructo ac Chaldaeo, contendit uti astrologiam ac magiam patesceret. astrologia enim et magia a Magusaeis seu Persis orta est: et quidem Persae ab indigenis Magog appellantur. ergo collectis astrologis ac magis rex cum Abrahamo et familiaribus consedit, factoque silentio, “ex vobis o sapientes,” inquit Abrahamus, “intelligere cupio an secundum vestram opinionem nativitas ac magia prodesse homini aut nocere possit.” ad haec astrologus respondit nullo modo fieri posse ut homo secus moriatur quam natalis hora ei portendat. ibi cum astrologos Abrahamus valide convinceret erroris, captivum quendam adduci rex iussit, ita monente Abrahamo, quem iudicis sententia iam ante igni comburendum damnaverat; mandavitque ut natales eius accurate examinarent, ac quo mortis genere periturus esset pronuntiarent. respondentibus iis post multam considerationem omnino hominem incendio periturum, idque perspicue nativitatem eius dictare, neque tamen id statim, quia tempus mortis eius nondum appetiisset, sed vitae adhuc aliquid restaret, “ast ego” inquit rex “hodie eum ab ignis pernicie vindicabo, in aqua suffocatum.” simulque ita uti dixerat eum necans, re ipsa demonstravit aliqua contra natalitia decreta fieri posse. tacentibus inde omnibus Abrahamus ita fatur. “non homines modo, sed et bruta animalia fato natalicio subiecta sunt. enimvero homines in sese ipsis libertatem fato isti nequaquam obnoxiam habent: est enim nativitatis

σιως ἐκείνο πρεσβύτερον, ὅπερ ἐστὶν ἔννοια καὶ ἀντιξουσιότης, ἐκ Θεοῦ δηλαδὴ δεδωρημένη. ὅθεν τῶν ἀλόγων κρείττους ὄντες ἡμεῖς μὲν κατ' ἐξουσίαν ἀναιρεῖν αὐτὰ πεφύκαμεν. ἡμῶν δὲ ὡς κρείττωνων τῶν ἀλόγων σὺ πύλιν ὡς βασιλεὺς κρείττων ἡμῶν
5 ὑπάρχεις, κατ' ἐξουσίαν ὑπερέχων. ὡς οὖν ἡμεῖς κατὰ τὸ λογικόν P 31
 τῶν ἀλόγων ζῶντων, οὕτω σὺ ὡ βασιλεῦ κατὰ τὸν τῆς ἀρχῆς λόγον ἐξουσιάζεις ἡμῶν, ὡσπερ δὴ καὶ σοῦ πύλιν κρείττων ἀνθρώπων μὲν οὐδεὶς, Θεὸς δὲ ἀόρατος καὶ πάντων δεσπότης καὶ ποιητής, παρ' οὗ καὶ τὸ συμφέρον αἰτεῖσθαι καὶ προσεύχεσθαι
10 δεῖ." φασὶ δὲ καὶ τοῦσδε τοὺς λόγους τὸν Ἀβραάμ εἰπεῖν, πολλὴν εἶναι μεταξὺ ἀληθείας καὶ συνηθείας τὴν διαφοράν. καὶ γὰρ ἡ ἀλήθεια μὲν γνησίως καὶ ζητουμένη μόλις εὐρίσκεται· τὸ ἔθος δέ, ὅποῖον ἂν ᾖ, εἴτε ἀληθές εἴτε ψευδές, ἀκρίτως ὅφ' ἑαυτοῦ κρατύνεται. καὶ οὕτε ἀληθεῖ ὄντι ἤδεται ὁ πατὴρθεν αὐτὸ παρα-
15 δεξάμενος, οὕτε ψευδεῖ ἄχθεται, ὅτι οὐ κρίσει ψυχῆς ἰδίᾳ ἀλλὰ προλήψει πιστεύει καὶ γνώμῃ τῶν πρὸ αὐτοῦ. ἐπ' ἀδήλῳ δὲ τέγγῃ B
 τὴν ἰδίαν ἐπιδεδωκὼς ἐλπίδα, οὐ ῥαδίως ἔχει τὴν πάτριον ἀποδόσασθαι περιβολήν, κἂν πάνυ μωρὰ τοῦτω καὶ καταγέλαστος οὖσα σαφῶς ἀποδείκνυται. οἱ μὲν οὖν πολλοὺς καὶ παντοπαθεῖς εἰση-
20 γοῦμενοι Θεοὺς, τὰ ὅμοια δὲ αὐτοῖς καταπραϊτόμενοι, οὐδὲ αἰδοῦνται τῷ τῆς κακίας πυραδείματι ἐπεριδόμενοι. οἱ εἰμαρμένην δὲ ἀναπλάττοντες καὶ γένεσιν, μηδὲν οὔτε ποιεῖν οὔτε πύσχειν

S ἀναιροῦν P

fato quippiam antiquius, intellectus nempe et libera potestas sui, dei dono concessa. itaque nos brutis superiores potestate nostra in iis necandis uti solemus. nobis autem, qui bestiis praestamus, tu rursum regiae tuae potentiae ratione antecellis; et quomodo nos propter rationem in bruta, ita tu in nos magistratus causa potestatem obtines. iterum te quoque potentior est homo quidem nemo, sed deus invisibilis, omnium dominus atque conditor, a quo votis petendum est quod utilis sit." ferunt et haec Abrahamum dixisse. "magnum est inter veritatem et consuetudinem discrimen, veritas siquidem, etiam cum probe investigatur, aegre invenitur, consuetudo, qualiscunque ea et sive verax sive sit fallax, ultro sine examine sese offert. tum neque ex consuetudine a maioribus sibi tradita, si recta sit, voluptatem, neque si fallax sit, molestiam homo percipit. non enim proprio animi sui iudicio, sed praeiudicio et maiorum sententiae credit; quo fit ut cum spem suam in incerto fortunae reposuerit, non facile paternum possit exuere amictum; quanquam id quae a maioribus accepit ei plane studium et ridiculum esse liquido demonstratur. iam qui multos et omnis generis affectiones perpassos deos statuant, eosque imitantur, hos ne pudet quidem exemplari pravitatis suae inniti. qui vero fatum et natales comminiscuntur, ac prodigiose nugantur contra haec nihil hominem neque agere neque

δύνασθαι παρὰ ταύτας τερατολογοῦντες, ἀδεῶς ἀμαρτάνουσιν, οὐκ εὐλαβούμενοι, ὡς ὑπὸ γενέσεως ταῦτα ποιεῖν ἀναγκαζόμενοι·
C εἰμαρμένην γὰρ ἀναγκαστικὴν εἶναι τινα δύναμιν καὶ τῆς ὕλης φασὶ κινήτικην. οἱ δὲ πάλιν ἀπρονόητον φορὰν καὶ ἄθειον ἢ τυχαίαν εἰσηγούμενοι ὡς αὐτομάτως τῶν πάντων φερομένων (τύχην 5 γὰρ αἰτίαν κατὰ συμβεβηκὸς καὶ σύμπτωμα φύσεως ἢ προαιρέσεως εἶναι λέγουσι), καὶ οὗτοι πάλιν τοῖς ἴσοις περιπίπτοντες εἰς ἐσχάτους βυθοὺς ἀπωλείας καὶ βάραθρα ἕδου καταπτύσιν.

Ἰδὼν οὖν ὁ προειρημένος βασιλεὺς Γεράρων Ἀβιμέλεχ ἐν παντὶ ἔργῳ εὐδοούμενον τὸν Ἀβραάμ, Ὁχοζὰδ τὸν νυμφαγωγὸν 10 καὶ Φίλοχ τὸν ἀρχιστράτηγον αὐτοῦ παραλαβὼν ἔηκε πρὸς Ἀβραάμ, φιλίαν ἐπικυρῶν κραταιοτέραν, καὶ ὄρκον ἀπαιτῶν μὴ ἀδικήσῃν
D μήτ' αὐτὸν μήτε τὸ σπέρμα αὐτοῦ. καθὼς ἐγὼ ἐποίησα μετὰ σοῦ δικαιοσύνην ἐν ταύτῃ τῇ γῆ ἢ παρῴκησας, οὕτω καὶ σὺ μετ' ἐμοῦ καὶ τοῦ σπέρματός μου, διὰ βασιλείσεως ταύτης τῆς γῆς. 15 δεινοὶ γὰρ οἱ βασιλεῖς τὸν μέλλοντα τούτους διαδέχεσθαι παντοδαποῖς τεκμαίρεσθαι συμβόλοις· καὶ γὰρ ἔμελλε διὰ τῶν ἐξ αὐτοῦ γεννωμένων ἐκείνης τῆς γῆς βασιλεύειν Ἀβραάμ. προσωνείδισε δὲ τὸν Ἀβιμέλεχ περὶ τῶν ἀφηρημένων φρεάτων ὑπὸ τῶν αὐτοῦ παιδῶν. ἐκεῖ οὖν παρὰ τὸ φρέαρ γενόμενοι, καὶ πρόβατα καὶ 20 μύσχοις τεθυκότες, διαθήκην εἰρήνης ἀμφοτέροι διέθεντο, ἐν
P 32 ἐπτά δὲ ἀμνάσιν ἑτέροις τὸν ὄρκισμὸν κατ' ἔθος ποιήσαντες εἰς ἀπόδειξιν ὅτι ὤρνευεν αὐτός, διὸ καὶ φρέαρ ὄρκου ὠνόμασται.

perpeti posse, ii secure peccant, absque metu, utpote quos sua natiuitas ita agere cogat. fatum quippe vim coactricem esse, quae materiae motum afferat. rursum qui sine providentia dei fortuito omnia ferri casuque universum hoc agi perhibent (esse enim fortunam causam per accidens, ac quiddam naturae aliunde accidens aut consilio), hi eodem incidentes in extremas profunditates pernicii ac voragine inferorum devolvuntur."

Videns ergo dictus Gerarorum rex Abimelechus Abrahami in omnibus rebus prosperitatem, assumptis Ochozado gynaeci praefecto et Philocho summo exercitus sui duce, ad Abrahamum venit, artioris amicitiae iungendae gratia; petiitque ab eo ut iuramento interposito stipularetur se ac posteros Abimelechum et posteros nulla iniuria affecturos, sed ubi regnum in istas regiones obtenturus esset, tum eam Abimelecho eiusque posteris aequitatem exhibiturum quam ipse Geraris inquilinum agens Abimelechi expertus esset. ceteroqui autem reges callent sibi successuros omnimodis indicia praenosceret; et erat sane Abrahami posteritas in eas regiones dicionem consecutura. Abrahamus porro Abimelecho exprobravit puteos, quos eius famuli suis erupissent. ibi ergo ad puteum congressi, mactatis ovibus et vitulis, foedus pacis invicem sanxerunt. aliis porro agnabus septem iuramentum rite peregerunt, ad demonstrandum quod ipse foderit; itaque etiam puteus iurisiurandi

καὶ οὕτως ἐκείσε εἰρηνικὰς διαστέμενοι, Ἀβιμέλεχ μὲν μετὰ τῶν οἰκείων οἰκάδε ἐπαγγέλθεν, Ἀβραὰμ δὲ ἄρουραν ἢ λειμῶνα ἐπὶ τῷ τοῦ ὄρκου φρέατι φυτεύσας τὸ ὄνομα ἐπιπέκληκε κείρον, θεὸς αἰώνιος. εἰς βαθὺ σὺν γῆρας ἐλάσας Ἀβραὰμ, καὶ γενόμενος 5 ἐτῶν ροσ', μετέστη πρὸς τὸν θεόν. τοῦτον Ἰσαὰκ καὶ Ἰσμαὴλ οἱ νῦν αὐτοῦ ἐν τῷ διπλῷ σπηλαίῳ μετὰ Σάρρας κατέθευτο.

Μετὰ ταῦτα ἀνδρωθέντος Ἰσαὰκ ἐγένετο λιμὸς ἐν τῇ γῇ αὐτῶν. κωλύεται δὲ παρὰ τοῦ θεοῦ εἰς Αἴγυπτον κατελθεῖν, **B** πανοικί δὲ εἰς Γέραρα πρὸς Ἀβιμέλεχ ἔρχεται τὸν βασιλεῦα Φιλι-
10 στιεῖμ. φησὶ δὲ καὶ αὐτὸς περὶ Ῥεβέκκας ὡς Ἀβραὰμ περὶ Σάρ-
ρας, ὅτι ἀδελφὴ μου ἐστίν· ἦν γὰρ ὠραία σφόδρα. ἐκ δὲ τῆς παιδιᾶς γνοὺς Ἀβιμέλεχ γυναῖκα αὐτοῦ εἶναι, αὐτὸν μὲν μέμφε-
ται ὡς τάληθές ἀποκρυψάμενον, ἀποφαίνεται δὲ πάντα τὸν ἀπτό-
μενον Ἰσαὰκ καὶ Ῥεβέκκας ἐνέχεσθαι θανάτῳ. οὕτως ἐλόγησε
15 κύριος τὸν Ἰσαὰκ ἕως τέλους ὥστε ζηλώσαι τοῦτον τοὺς Φιλιστιεῖμ,
καὶ πάντα τὰ φρέατα ἃ ὤρυξεν Ἀβραὰμ ἐμφράξαι. μετὰ τοῦτο
ἐν τῇ φάραγγι Γεράρων μεταβεβηκὼς ἀνεκάθηρε τὰ πατριὰ
φρέατα. ὤρυξε δὲ καὶ αὐτὸς φρέατα τρία, ὧν τὸ μὲν ἀδικίαν, **C**
τὸ δὲ ἔχθραν, τὸ δὲ τρίτον εὐρυχωρίαν ἀνόμασεν. ἐντεῦθεν
20 ἀνέβη ἐπὶ τὸ φρέαρ τοῦ ὄρκου Ἰσαὰκ, καὶ ὠφθῆ αὐτῷ κύριος ἐν
ὄραματι τῆς νυκτὸς λέγων “ἐγὼ εἰμι ὁ θεὸς τοῦ πατρὸς σου
Ἀβραὰμ, καὶ ἐγὼ εἰμι μετὰ σου, καὶ ἐλογήσω σε, καὶ πλη-
θύνῃ τὸ σπέρμα σου ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ, δι’ Ἀβραὰμ τὸν

appellatur. ita tum ibi pace sancita Abimelechus cum suis domum rediit. Abrahamus vero terra seu prato quod ad praedictum est puteum, plantis consito nomen domini dei aeterni invocavit. cum autem admodum senex factus annos 176 vixisset, ad deum ex hac vita concessit. eum Isaacus et Ismaelus filii in duplici spelunca iuxta Saram sepeliverunt.

Secundum haec, cum iam virilem aetatem Isaacus attigisset, fames iis in locis exstitit. atque is a deo in Aegyptum ire prohibitus cum tota familia Gerara ad Abimelechum Philistaeorum regem se contulit. Rebeccam tum uxorem suam, quod erat insigni pulchritudine, Abrahami de Sara simulationem imitatus, sororem esse suam dixit. sed Abimelechus cum ex lusu intellexisset eam uxorem esse, Isaacus obiurgato quod verum dissimulasset, capite sanxit ne quis Isaacum eiusve uxorem tangeret. deus autem Isaacum prosperitate perpetua beavit, adeo ut Philistaei invidentes ipsi omnes ab Abrahamo effossos puteos obturaverint. post haec Isaacus in vallem Gerarensensem digressus patris puteos repurgavit, atque ipse etiam tres alios egit, quorum primo iniuriae, secundo inimicitiae, tertio amplitudinis nomen indidit. inde ad puteum iuramenti ascendit; noctuque ei dominus apparuit, itaque est affatus (Genes. 26) “ego sum deus Abrahami patris tui: tibi ego adsum, te beabo, tuamque progeniem ad stellarum caeli numerum adaugebo pro-

πατέρα σου.” ἐκεῖ οὖν ὁ Ἰσαὰκ θυσιαστήριον δειμάμενος θυσίαν τῷ κυρίῳ ἀνέπεμψε, καὶ τὴν σκηνὴν αὐτοῦ ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ κατέπηξεν. ὥσπερ δὲ πρὸς Ἀβραὰμ πρότερον, οὕτω καὶ πρὸς Ἰσαὰκ μετὰ ταῦτα αὐτός τε Ἀβιμέλεχ ὁ Γεράρων βασιλεὺς καὶ Ὀχοζὰδ ὁ νυμφαγωγὸς αὐτοῦ καὶ Φιλὸχ ὁ ἀρχιστράτηγος τῆς θυ- 5
 D νάμειος αὐτοῦ, εἰδότες ὅτι κύριος ἦν μετ’ αὐτοῦ, πρὸς αὐτὸν ἐλθόντες διαθήκην εἰρήνης πρὸς ἀλλήλους ἐποιήσαντο, καὶ πρῶτ’ ἀναστάντες καὶ ὁμόσυντες ἀπόχοντο μετὰ σωτηρίας ἀπ’ αὐτοῦ.

Γίνονται δὲ ἀπὸ τοῦ διαμερισμοῦ τῆς συγγένσεως, ἕως οὗ ἦλθεν Ἀβραὰμ ἐκ Μεσοποταμίας ἐκ πόλεως Χαρρὰν καὶ τοῦ οἴκου 10 τοῦ πατρὸς αὐτοῦ κατὰ κέλευσιν Θεοῦ εἰς γῆν Χαναάν, ἣ ἐστὶ Παλαιστίνη, ἔτη χις’. ἐπῆρχε δὲ τότε ἐτῶν οέ’. διατρίψας δὲ εἰς Χαναάν ἔτη κέ’ ἐγέννησε τὸν Ἰσαὰκ, καὶ μετὰ τοῦτο ἔζησεν
 P 33 ἔτη οέ’, καὶ ἀπέθανε ζήσας τὰ πάντα ἔτη ρος’. ὅς καὶ τὰς ἐθ-
 λογίας τοῦ Μελχισεδὲκ τοῦ Θεσπιεῖου βασιλέως Σαλήμ ἐδέξατο, 15 ἄρτους καὶ οἶνον· ἦν γὰρ ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ τοῦ ἐψίστου, ὡς προεί-
 ρηται.

Τοῦ Ἰσαὰκ ὄντος χρόνων λβ’ τελευτᾷ Σάρρα, ἐτῶν οὔσα ἑκατὸν ὀκτώ. καὶ θάπτεται ἐν Χεβρών, ἧτις νῦν Ἐλευθερόπολις κυλεῖται, ἐν τῷ σπηλαίῳ ὃ ἀνήσατο ὁ Ἀβραὰμ παρὰ Ἐσφρών τοῦ 20 Χετταίου τετρακοσίων δραχμῶν, ἐπὶ μαρτυρία τῶν νιῶν Χέτ· ἀφ’ οὗ καὶ τὰ διὰ γραμμῶν συμβύλαια οἱ Ἕλληνες ὁμολογοῦσι παρειληγέαι. Ἰσαὰκ δὲ τεσσαράκοντα ἐτῶν γενόμενος ἔλαβ-

pter Abrahamum patrem tuum.” eo itaque loco Isaacus altari extracto rem deo sacram fecit, atque eo in loco tabernaculum suum collocavit. quomodo autem quondam ad Abrahamum, ita et ad Isaacum postmodo Abimelechus Gerarorum rex, Ochozado gynaecei sui praefecto et Philocho summo militiae praefecto comitatus, venit. quod enim deum Isaac adesse sentirent, ideo ad eum accesserunt; mutuaeque pacis icto foedere, mane illi iureiurando invicem dato animis pacatis discesserunt.

A Babylonicae confusionis tempore usque ad Abrahami migrationem, cum scilicet iubente deo Carris Mesopotamiae paternaque domo relictis in terram Chanaaneam, quae est Palaestina abiit, anni effluerunt 616. erat tum annos natus 75. cum in Chanaanee terra annos exegisset 25, Isaacum genuit, vixitque praeterea annos 76. mortuus ergo est annis vitae 176 actis. atque hic a Melchisedeco divino Salemi rege saestas comprecationes accepit, panem ac vinum, utpote a summi dei sacerdote, sicut paulo ante commemoravi.

Isaaco annos nato 32 Sara moritur, anno aetatis suae 108; ac sepulta est Hebrone (nunc Eleutheropoli nomen est) in spelunca, quam Abrahamus ab Ephrone Chettaeo quadringentis denariis emerat attestantibus Cheti filiis, unde et scriptas contractuum formulas Graeci se fatentur accepisse. Isaacus annum agens quadagesimum Rebeccam du-

τὴν Ῥεβέκκαν, θυγατέρα Βαθουήλ, ὃς υἱὸς Ναχὼρ ἦν ὄγδοος καὶ τελευταῖος· ὀκτὼ γὰρ ἦσαν ἀπὸ Μελχᾶς αὐτῷ παῖδες. Να- B
 χὼρ δὲ ὁ πατὴρ Βαθουήλ ἦν ἀδελφὸς Ἀβραάμ. τοῦτου ἰσχυατος
 υἱὸς Βαθουήλ πατὴρ ἦν Ῥεβέκκας καὶ Λάβαν τοῦ πενθεροῦ Ἰα-
 5 κώβ. τοῦτου νέμει τὰ πρόβυτα ἐφ' ὅλοις ἔτεσιν εἴκοσι. Ῥεβέκκα
 δὲ στεῖρα οὖσα μετὰ εἴκοσιν ἔτη ἐγέννησε δύο ἐπὶ τὸ αὐτὸ τόπος,
 τὸν Ἰακώβ καὶ τὸν Ἡσαῦ, ἐν τῷ ἕ' ἔτει Ἰσαάκ. τοῦ δὲ κόσμου
 ἦν ἔτος γυοβ'.

Ἵτι κολληρίδα ποιήσασα Ῥεβέκκα δέδωκε τῷ Ἰακώβ, καὶ
 10 εἰσήγαγέ μεθ' ἑτέρων δώρων διὰ Ἰσαάκ πρὸς Ἀβραάμ· ὃν κατέ-
 χων ἐν τῷ κόλπῳ αὐτοῦ, ἐλόγων πολυτρόπως, ἐτελεύτησεν ἀφρ-
 πνώσας ὁ Ἀβραάμ, τῷ ιε' ἔτει τῆς ζωῆς Ἰακώβ.

Τῷ δὲ μέ' ἔτει τῆς ζωῆς Ἰακώβ ὁ Ἡσαῦ καὶ αὐτὸς ὀμόχρο- C
 νος ὢν αὐτῷ ἔλαβε δύο γυναῖκας, Ἰουδιθ τὴν θυγατέρα Βεῖθ
 15 τοῦ Χιτταίου καὶ τὴν Μασεμάθ θυγατέρα Ἐλών Ἐβραίου. Ἰα-
 κώβ δὲ ἐτῶν ὑπάρχων ἐξήκοντα τριῶν οὐκ ἔγνω ὄλως γυναῖκα, ὡς
 αὐτὸς ἐξείπε τῇ μητρὶ Ῥεβέκκα. τῷ δὲ ογ' ἔτει αὐτοῦ, τοῦ δὲ
 κόσμου ἔτει γημέ' κατὰ τὸν ἀκριβῆ λόγον, ἀπέδρασεν Ἰακώβ
 ἀπὸ προσώπου Ἡσαῦ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ δουλεύσας ἔτη ζ'
 20 ἔλαβε τὴν Λεῖαν, καὶ μετὰ ἕτερα ἐπτὰ ἔλαβε τὴν Ῥαχὴλ. ἐκ μὲν
 οὖν τῆς Λεῖας ἐγέννησε τὸν Ῥοβεῖμ, τὸν Συμεὼν, τὸν Λεῖ, τὸν
 Ἰούδαν, τὸν Ἰσσαχάρ, τὸν Ζαβουλὼν καὶ τὴν Δίναν, ἐκ δὲ
 τῆς Ῥαχὴλ τὸν Ἰωσήφ, ἐκ δὲ τῆς παιδίσκης Βάλας τὸν Δὰν καὶ D

xit, filiam Bathuelis; qui Nachoris ultimus fuit et octavus filius. Na-
 chor enim Abrahami frater ex Melcha uxore octo filios sustulit, inter-
 que hos postremo loco Bathuelem, patrem Rebeccae et Labani, eius
 qui deinde socer Jacobi fuit. nam Iacobus per totos viginti annos gre-
 ges eius pavit. ceterum Rebecca cum esset sterilis, post viginti demum
 annos uno partu duos edidit filios, Iacobum et Esauum, Isaaco tum sexa-
 genario, anno mundi 3472.

Rebecca parato edulio Iacobo id dedit, eumque una cum aliis donis
 Isaaci opera ad Abrahamum intromisit, anno aetatis suae decimo quinto.
 quem in gremio suo Abrahamus tenens multipliciter faustis comprecat-
 ionibus beavit, somnoque solutus vitam finiit.

Iacobo anno nato 45 Esau eodem natu duas duxit uxores, Iudi-
 tham Beeris Chettaei et Masematham Elonis Ebaei filias. Iacobus anno
 aetatis suae 63 nondum mulieris notitiam habuit, sicuti matri suae Re-
 beccae ipse rettulit. idem annos natus 73, anno mundi secundum accu-
 ratam supputationem 3545, Iacobus fratrem clam fugiens servitio septen-
 nali Leam uxorem meruit, rursusque septennium servitute functus Ra-
 chelem. ex Lea Rubenem Simeonem Levim Iudam Issacharem Zabulo-
 nemque filios et filiam Dinam sustulit, ex Rachele Iosephum, ex ancilla

τὸν Νεφθαλίμ, ἐκ δὲ τῆς Δελφῶς τὸν Γὰδ καὶ τὸν Ἀσήρ. εἰκο-
 στὸν τοίνυν ἔτος διατρίψας μετὰ τοῦ Λαβὰν ἀπέδρα ἐξ αὐτοῦ,
 ὄντος τοῦ Ἰωσήφ χρόνων τριῶν. διαβαίνων δὲ τὸν Ἰορδάνην
 ἐπευλογήθη καὶ μετεκλήθη Ἰσραήλ. ὁ δὲ Ἰακώβ τῆς ὀράσεως
 ὑπομνησθεὶς ἦν ἐθεάσατο κατὰ τὴν ἄφιξιν τὴν εἰς Μεσοποταμίαν, 5
 ἀνέρχεται εἰς Βαιθὴλ. ἔνθα κατακοιμηθεὶς εἶδε τὸ ὄραμα. καὶ
 πάντα ἀποδεκατώσας ἃ ἐκέκτητο, τελευταῖον ὑποβάλλει κλήρω
 τοὺς παῖδας, καὶ τὸν Λεὼ τῷ Θεῷ ἀφιεροῖ, ἑτῶν ὑπάρχοντα ἑή,
 P 34 καὶ ἀρχιερέα ἀναδείκνυσι, δέκατον ὄντα ἀπὸ ἐσχάτου κατὰ τὸν
 τῆς ἀστρολογίας. Ῥουβεὶμ γὰρ διὰ τὴν παλλακὴν τοῦ πατρὸς 10
 ἐστερήθη τῆς τε βασιλείας καὶ τῆς ἱερωσύνης, πρωτότοκος ὢν.
 ἐλθόντος δὲ τοῦ Ἰακώβ πλησίον Σαίμων εἰς πόλιν Σαλήμ, ὑψί-
 σταται ὑπὸ Σιχέμ τὴν βίαν ἢ Δίνα· καὶ ἐκδικεῖται παρὰ Συμεῶν
 καὶ Λεὼ, παντὶ τρόπῳ διαχρησαμένων τοὺς περὶ τὸν Σιχέμ. ἔτι
 δὲ τίκτει ἡ Ῥαχὴλ τῷ Ἰακώβ τὸν Βενιαμίν, καὶ τελετήσασα θά- 15
 πτεται ἐν τῷ Εὐφρανθῆ, ἔνθα νῦν ἐστὶν ἡ Βηθλεέμ· μεταξὺ γὰρ
 τῆς Βηθλεέμ καὶ τῆς Ἱερουσαλήμ, εἰς τὸν ἰππόδρομον, ἡ λάρναξ
 ἐστὶ τῆς Ῥαχὴλ, ὑπερκειμένη τῆς γῆς. καὶ ἐπειδὴ τὸ ἐκ Λεὼ
 B γένος ἐπὶ Ἀαρὼν κατατρέχει καὶ Μωϋσῆν, ὃν ὁ μὲν ἱερατεῖε ὁ
 δὲ στρατηγεῖ τῷ λαῷ, εἰκότως ἐξ αὐτῶν λαμβάνεται ἡ ἐκ τοῦ 20
 Ἰακώβ γενεαλογία. Ῥεβέκκα δέ, ὡς φησιν Ἰώσηπος ἐν τῇ ἀρ-
 χαιολογίᾳ, ἠξίωσε τὸν Ἰσαὰκ ἀγαγεῖν Ἡσαῦ καὶ Ἰακώβ καὶ διαλ-

Bala Danum ac Nephthalimum, ex Delpha Gadum atque Asserem. a Labano autem profugit, cum apud eum viginti annos fuisset, trimulotum Iosepho; transmissoque Iordane a deo felix esse iubetur, atque Israeli nomen ab eodem accipit. proinde recordatus visionis quam suo in Mesopotamiam adventu viderat, Bethelam adscendit, ubi per quietem visio ista ei apparuerat. ibi cum omnia sua bona decimasset, ad extremum filiorum quoque instituta sortitione Levim annum aetatis decimum octavum agentem deo consecravit, ac eum sacerdotem constituit, erat is decimus ab ultimo, secundum astrologiae * Rubenus enim ob vitiatam patris pellicem, quantumvis primo omnium natus esset, et regno et sacerdotio spoliatus fuit. cum Iacobus prope Sichemam in urbem Salemam venisset, Sichemus Dinae per vim stuprum intulit, quam ultimi sunt Simeon et Levis, internecione occisis cum Sichemo civibus. Rachel porro alium Iacobo filium peperit, Beniaminum nomine; ac mortua apud Eufratam sepelitur, ubi nunc est Bethlehem: etenim versus Hierosolyma a Bethlehem, qua equi decurrunt, supra terram exstat cippus Rachelis. et quoniam Levis genus ad Aaronem atque Mosen usque pertinet, quorum alter sacerdos alter ductor populi fuit, consentaneum fuit eorum genus ab Iacobo repeti. iam Rebecca a Iosepho in opere de antiquitate Iudaica perhibetur a marito hoc contendisse, ut in unum conductos Esau et Iacobum in gratiam mutuam reponeret. fecisse hoc

λάξαι αὐτούς. ὁ δὲ καὶ ποιήσας, καὶ παρακαλέσας αὐτοὺς ἅμα, καὶ ἐνορκίσας εἰρήνην ἄγειν πρὸς ἀλλήλους καὶ τῆς πνευματικῆς οἰκειότητος ἀσπάζεσθαι τὴν διάθεσιν, προεῖπε τῷ Ἡσαῦ ὅτι ἐὰν ἐπαναστῆς τῷ Ἰακώβ, ἐμπεσῆ εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ.

5 Μετὰ τὴν τελευταίαν Ἰσαὰκ οἱ υἱοὶ Ἡσαῦ παρώξυναν τὸν πατέρα αὐτῶν κατὰ Ἰακώβ καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ. καὶ καθοπι- C σθεῖς μετὰ ἐθνῶν ἤλθε πρὸς πόλεμον. Ἰακώβ δὲ ἀποκλείσας τῆς πόλεως τὰς πύλας παρεκάλει τὸν Ἡσαῦ μνησθῆναι τῶν προγονικῶν ἐντολῶν καὶ παραιρέσεων. τοῦ δὲ μὴ ἀνεχομένου ἀλλὰ καὶ 10 μᾶλλον ὑβρίζοντος, τοῦ Ἰούδα παρακυλέσαντος ἐπέτεινε τὸ τόξον Ἰακώβ, καὶ πλήξας κατὰ τοῦ δεξιῦ μῦθοῦ τὸν Ἡσαῦ κατέβαλε· καὶ τούτου τελευταίαν ἐξῆλθον τῆς πόλεως οἱ υἱοὶ Ἰακώβ, καὶ πάντας σχεδὸν ἀνείλον. τελευταῖον δὲ πρότερον μὲν ἢ Ῥεβέκκα, μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ ὁ Ἰσαὰκ, τῷ Ἰακώβ τῆς πρωτοτοκίας κατα- 15 λιπόντες τὰ γέγρα.

Ἵτι ὁ Ἰσαὰκ ἑκατὸν ἐτῶν ἦν, ὅτε τὰς εὐλογίας τοῦ Ἡσαῦ D Ἰακώβ ἔκλεψεν.

Ἵτι ἐν τοῖς χρόνοις Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ πολυσωμάτους ἀν- θρώπους Αἰγύπτιοι ἱστοροῦσι γενέσθαι, τοὺς ὑπὸ Ἑλλήνων Γί- 20 γαντας ὀνομαζομένους, τοὺς καὶ δρακοντόποδας. τότε δὲ καὶ τοὺς Κουρήτας λέγουσι γενέσθαι. οἱ δὲ ἀπογόνους τῶν Ἰδαίων,

ἀδελφικῆς

2 πνευματικῆς codex Xylandri .

Isaacum, et utrumque interposita adhortatione ac iurisiurandi religione ad pacem redegit, monitos ut fraternae necessitudinis haberent rationem; simul Esauo praedixisse fore ut si adversus Iacobum insurgeret, in eius manus incideret.

Isaaco mortuo Esau filii patrem adversus Iacobum eiusque prolem excitarunt, ita ut adacitis nationum auxiliis armatus Iacobo bellum fecerit. at Iacobus urbis portis clausis Esauum monere uti parentis praeceptorum atque consilii memoriam recoleret. Esauo non modo dicta fratris aspernante, sed ferocius etiam quam antea sese agitante, Iudae suasu Iacobus arcum tetendit, Esauumque iuxta dextram mammillam ictum stravit. eo cadente Iacobi filii portis effusi eos qui ab Esauo stabant fere universos deleverunt. mortem Rebeckae paulo post subsecuta est mors Isaaci, cum uterque praerogativa primo nati filii Iacobum dignatus esset.

Isaacus centenarius fuit, quo tempore Iacobus Esauo debitam felicitatis imprecationem suffuratus fuit.

Aegyptii tradunt Abrahami et Isaaci aetate homines fuisse multiceps; qui a Graecis Gigantes iidemque anguipedes nominantur. tunc etiam Curetas fuisse aiunt, alii autem Idaeorum posteros qui

οὐ ἐλέγοντο παρ' Ἑλλησιν εἶναι· καὶ Ἡρακλῆς εἰς τῶν Ἰδαίων δακτύλων.

Ἵτι οἱ Χαλδαῖοι ἀπὸ τοῦ Σῆμ καταγόονται, ἐξ ὧν ὁ Ἀβραάμ.

Ἵτι δεκαεπτὰ ἐτῶν ὁ Ἰωσήφ ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν ἐπράθη, 5 μετὰ πέμπτου ἔτος τῆς τελευτῆς Ῥαχὴλ, χρυσοῶν ὀκτώ.

P 35 Ἵτι τῷ ρκ' ἔτει τοῦ Ἰακώβ. Ἰωσήφ ἤρξε τῆς βασιλείας Αἰγύπτου, τριακονταετῆς ὧν. καὶ τῷ αὐτῷ ἔτει τελευτᾷ Ἰσαὰκ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ζήσας ἔτη ρ' ὀγδοήκοντα· καὶ ἐτάφη ὑπὸ Ἰακώβ καὶ Ἡσαῦ τῶν υἱῶν αὐτοῦ. τῷ δὲ λη' ἔτει τοῦ Ἰωσήφ ἤρξατο ὁ 10 λιμός· οὐ γὰρ ἀνέβη ὁ Νεῖλος ἐν ὅλοις τοῖς ἑπτὰ ἔτεσι τοῦ λιμοῦ, ὡς Ἰώσηπος μαρτυρεῖ. μετὰ δὲ δύο ἔτη κατέβη Ἰακώβ εἰς Αἰγύπτου ἐν οἱ ψυχαῖς, ἕκατὸν τριάκοντα ἐτῶν ὧν, ὁ δὲ Ἰωσήφ τεσσαράκοντα. τελευτᾷ δὲ Ἰακώβ ἕκατὸν τεσσαρακονταεπτὰ ἐτῶν, καὶ θάπτεται ὑπὸ Ἰωσήφ ἐν Χεβρών. Γεσαῖμ δὲ ἡ πρὸς 15 Αἴγυπτον Ἀραβία ἐστίν. μετὰ γὰρ ὁ χρόνος τῆς ἐν Αἴγυπτῳ καθόδου Ἰακώβ, ἐτελεύτησεν Ἰωσήφ ἕκατὸν δέκα ἐτῶν.

B Μετὰ γοῶν τὸν θάνατον Ἰωσήφ δουλεύουσι Ἑβραῖοι τοῖς Αἰγυπτίοις ἔτη ρμδ'. τὰ πάντα τοίνυν τῆς τῶν Ἑβραίων ἐν Αἰγύπτῳ διατριβῆς ἔτη σιέ'. λαμβάνουσι δὲ τὴν ἐδόλοισιν τῶν προ- 20 τοτοκίων ἀντὶ τοῦ Ῥουβεῖμ οἱ υἱοὶ Ἰωσήφ διὰ τὸ τοῦ πατρὸς αὐτῶν σῶφρον, καθὼ δὲ μὲν Ῥουβεῖμ τῇ παλλακῇ συνῆλθε τοῦ πα-

5 ὁ] ὧν ὁ?

dicuntur apud Graecos fuisse; et Hercules, unus Idaeorum dactylorum.

Chaldaei a Semo genus trahunt, ex quibus fuit Abrahamus prognatus.

Iosephus anno suae aetatis 17 a fratribus post quintum a Rachelis obitu annum venditus est aureis octo.

Agente annum aetatis centesimum vigesimum Iacobo, Iosephus annos natus triginta Aegypto praefectus fuit. eodemque anno avus eius, cum annos 180 vixisset, mortuus est, atque a filiis suis Iacobo et Esauo sepultus. anno vitae Iosephi trigesimo octavo fames coepit: nam, ut Iosephus testatur, totis septem annis eius penuriae Nilus non exundaverat. biennio post Iacobus in Aegyptum demigravit, cum 75 animabus annos habens 150. Iosepho 40 agente annum moritur Iacobus anno vitae suae 147, ac in Hebrone a Iosepho sepelitur. (Gesaeama Arabia est Aegypto finitima.) nam Iosephus annis post Iacobi in Aegyptum migrationem 70 mortuus est, cum centum annos et decem vixisset.

A morte Iosephi servitutem Aegyptiis Ebraei servierunt per annos 144. ergo totum tempus, quod in Aegypto Ebraei egerunt, annorum fuit 215. quod ad privilegia (ut sic loquar) primogeniturae, in locum Rubeni proles Iosephi ob parentis pudicitiam successit, quod Rubenus cum patris pellice coivisset, Iosephus autem in Aegyptiae mulieris

τρὸς, ὃ δὲ Ἰωσήφ τῇ Αἴγυπτίᾳ οὐ συνεφθάρη. ἀλλὰ καὶ δεκα-
τριῶν ἀδελφῶν ὄντων εἰς δώδεκα ἐμερίσθη ἡ γῆ διὰ τὸ τὸν Λεὼν
ἀποδεκατοῦν τοὺς λοιποὺς πάντας.

Ἔτι Ἰωσήφ κομιδῇ νέος ὢν ἔτι πρόβατα τοῦ πατρὸς ποι-
5 μαίνων ἦν, καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων ἠγυπαῖτο τῷ πατρί. διὸ καὶ
οἱ ἀδελφοὶ διαφθονοῦμενοι οὐδὲν πρὸς αὐτὸν εἰρηρικὸν ἐλάλον.
προσετίθουν δὲ καὶ μῖσος τῶν ἐνυπνίων αὐτοῦ ἀκούοντες. καὶ
γὰρ ἔφη “δράγματα δεσμευόντων ἡμῶν ἐν τῷ πεδίῳ ὦμην μὲν
ἀνορθωθῆναι τὸ ἐμόν, τὰ δὲ ὑμέτερα περιστραφέντι προσκνεῖν
10 αὐτῷ.” τοῦτον γοῦν ἀκούσαντες, καὶ ὡς βασιλεύσει ἐπ’ αὐτοὺς
ὀρθῶς ἐπικρίναντες, λίαν ἐπέτειναν τὸ μῖσος. προσθεὶς δὲ “αὐθις
ἐνυπνισάμην” ἔφη, “καὶ γε ὦμην τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ
ἔνδεκα ἀστέρας προσκνεῦντάς με καθορᾶν.” διαπαίζων δὲ τὸ
ἔραμυ Ἰακώβ ἔφη “ἄρα ἐγὼ ὁ πατήρ σου καὶ ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ
15 ἀδελφοὶ σου ἤξομεν προσκνεῖσθαι σοι ἐπὶ τῆς γῆς;” καὶ ἐπιτιμή- D
σας παρήγει σιγῶν. οὕτω μὲν οὖν τὰ δράματα ἀμυδρὰ τῆς ἀλη-
θείας προτύπωσις ἦν· καὶ γὰρ τοῦτο προφητείας εἶδος, καὶ ἐν
πολλοῖς ἐθεωρήθη πολλῶν δι’ ὀνείρων ἢ τοῦ μέλλοντος προ-
δήλωσις, ἐν οἷς διὰ κρείττονος γίνεται κατοχῆς, ὥσπερ ἐν τῷ
20 Φαραῶ καὶ τῷ Νυβουχοδοносὸρ καὶ ἄλλοις πλείστοις.

Ἄξιον δὲ εἰδέναι τὰς διαφορὰς τῶν προφητειῶν. ἡ μὲν γὰρ
ἔστι πνευματικὴ καὶ ἀληθὴς πάντη, ὡς ἡ τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἁγίων,

libidinem nequaquam consensisset. quamvis etiam fratres numero decem
ac tres fuerunt, tamen terra inter duodecim divisa est, eo quod a ce-
teris omnibus Levis decimas acciperet.

Adolescentulus etiamnum Iosephus oves patris pascebat; cumque
eum pater reliquis impensius diligeret, fratres invidia perciti adversus
eum similitates exercuerunt. auxit odium insomniorum auditio. recita-
verat enim eis visum sibi, ipsis manipulos colligantibus suum manipu-
lum sese erexisse, reliquosque eius honorandi causa manipulos pronos
procubuisse. unde fratres id quod res fuit concipientes, illum in ipsos
imperium aliquando habiturum, multo vehementius odium adversus eum
conceperunt. addidit hoc priori Iosephus, se per quietem imaginatum
fuisse a sole luna undecimque stellis se adorari. vertit hoc in iocum
pater, dictoque “numnam ergo ipse et mater tua fratresque tui te pro-
stratis terram corporibus adoratum inveniemus?” obiurgatum silere
iussit. ita ergo visiones istae obscura quaedam erant veritatem ali-
quanto praeemonstrata est insomnia informatio. nam et hoc vaticinii est genus, mul-
tisque praeemonstrata est insomnia futurorum significatio, quae insomnia
numinis instinctu accidunt, ut Pharaoni, ut Nabuchodonosori et per-
multis aliis.

Operae pretium est vaticiniorum differentias cernere. quaedam spi-
ritualia sunt et veracia prorsus, ut dei et sanctorum, suo tempore exitu

ἐν καιρῷ τῷ ἰδίῳ τὸ πέρασ τῶν προφητευομένων ἐπιφέρουσα. ἄλλη δὲ δαιμονική, ἐν τοῖς τῶν δαιμόνων θεραπευταῖς ἐνεργου-
P 36 μένη· πολύτροπος δὲ αὕτη, οἷα ἡ τῶν ἀλευρομαντῶν καὶ κριθο-
 ματῶν λεγομένη, οἷα ἡ Πυθία καὶ ἡ διὰ τῆς Ἀθωνιαίας λη-
 ροῦσου δρυός, ἡ διὰ τῶν σπλάγγων μαντεία καὶ ἡ δι' ὀρνέων 5
 πτήσεως, καὶ ἡ διὰ κλαγγῶν καὶ παρμῶν συμβολική· οἷα ἡ διὰ
 βροντῆς, μυῶν, γαλῆς, τρισμοῦ ξύλων, ὠτὸς ἤχων, παλμῶν
 σώματος, συμβολική καὶ οἰωνιστική λεγομένη. ἥς τὸ μὲν ἐστὶν
 ὄρνεοσκοπικόν, τὸ δὲ παλμωτικόν, τὸ δὲ οἰωνοσκοπικόν, τὸ δὲ
 χειροσκοπικόν, τὸ δὲ ἐνόδιον ἢ κληδονιστικόν, οἷον ὅταν ἐκ τοῦ 10
 παρατυχόντος εἰρημένου τεκμαίρηται τις τὸ ἐσόμενον, καὶ ὅταν
 δι' ὀνομάτων νεκρῶν ἐπικλήσεως, καὶ ὅταν δι' ἄστρων καὶ ἰδά-
B των ἢ ὄνειρων ματαίων, οἷοι καθ' ἐκάστην πᾶσι προσπίπτουσι·
 σπάνιοι γὰρ ἴαν οἱ ἄνωθεν ἤκοντες. οὗτοι δὲ πάντες δαιμονιό-
 δεις οἱ τρόποι τῆς προφητείας καὶ στοχαστικοί, οἳ κατὰ συμβε- 15
 βηκὸς ἀληθεύοντες ἐν τισιν ἐν τοῖς πλείστοις ἁμαρτάνουσιν. ἄλλη
 δὲ προφητεία φυσική, ὡς ἡ διὰ τῶν ἀλόγων· χελιδόνες γὰρ καὶ
 μύρμηκες καὶ γέρανι ἐχίνολ τε καὶ ἀλκυόνες χειμῶνος ἐπιόντος
 φυσικῶς ἐπαισθάνονται. ἄλλη δὲ τεχνητή, ὡς ἡ παρ' ἰατροῖς
 καὶ κυβερνήταις ὀρωμένη, ἣτις στοχασμὸς μᾶλλον ἢ προφητεία 20
 μετωνόμασται. καὶ παρὰ ταύτας ἡ δημώδης τε καὶ κοινή, ὡς
C ὅταν εἴπῃ τις ὅτι μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἔσται χειμῶν, ὅτι ἐκ φιλο-

21 δημώδης P

vaticinium confirmante. alia a daemonibus proficiscuntur, inque horum cultoribus efficacitatem exserunt. estque id genus multiplex; sub quo sunt vaticinia ex farina et hordeo, Pythia, nugae ex Dodonaea quercu, extispicium, auspicium, augurium, tum coniectationes de sternutationibus, tonitribus, murium feliumque stridore, lignorum, aurium tinnitu, corporis tremore sumptae. quod genus etiam auguria nominantur; cuius pars versatur in avibus, pars in tremoribus partium corporis sive subsultationibus contemplandis, pars in augurio, pars in divinatione ex manuum inspectione, pars in obviis rumoribus, unde omnia captantur, cum obviis quisque interrogatus dicit unde futurum coniciatur. tum mortuorum nominatim invocandorum ratio, ex sideribus aquis aut inanibus somniis praedictio, qualia omni nocte quibusvis accident: rara admodum sunt enim somnia divinitus oblata. haec omnia vaticinandi genera a daemonibus sunt coniectariisque inniuntur, ita ut per accidens in quibusdam verum attingant, in plerisque aberrent. est et alia naturalis divinatio brutorum. etenim hirundines formicae grues echini atque alcyones tempestatem appetentem naturae monitu praesentiunt. alia artificiosa, qualem medici et gubernatores ostendunt; quae tamen coniectatio potius est quam divinatio appellata. praeter has vulgaris quoque ista et communis, ut cum quis dicit post triduum fore tempestatem.

νείκας ψυχῆς πολλάκις μῖσος ἐγείρεται, ἐκ τοῦ μίσους δὲ ἔριδος ἀνισταμένης καὶ κρατυνομένης ζῆλος ἐγένετο πικρὸς, ἐκ δὲ τοῦ φθόνου ἐνέσκηψε κρυπτός, ἐκ δὲ τοῦ ὀ θυμὸς ἀνῆπται δεινός, ἐκ τοῦ θυμοῦ δὲ θάνατος ἀνακύπτει ποτηρός, εἰ μὴ κρείττοσι δη-
5 λονότι προνοίαις ἀνακόπτοιο.

Ἐν τῷ παραθῆναι τὸν Ἰωσήφ ἐν Αἰγύπτῳ Πετεροφῆ εὐνούχῳ τῷ ἀρχιμαγειρῷ Φαραῶ, καὶ ἐν δεσμοτηρίῳ ἐγκλεισθῆναι, συνέβη τὸν ἀρχισιτοποιὸν καὶ τὸν ἀρχιονοχόον, τοὺς εὐνούχους Φαραῶ, ἐγκλεισθῆναι ἐν τῷ αὐτῷ δεσμοτηρίῳ ἔνθα καὶ Ἰωσήφ. ἡμερῶν
10 δὲ διελεύσασθαι ἀμφοτέροι ἐίδον ἐντόνιου. ὁ μὲν ἀρχιονοχός ἄμ- D
πελον εἶδε θάλλουσαν βλαστοῖς καὶ πεπειρούς βότρυας σταφυλῆς προβάλλουσαν, τρεῖς δὲ ταύτην ὑπέχουσαν κάτωθεν πυθμένηας. “ἐγὼ δὲ” φησὶν “ᾤμην τῷ ποτηρίῳ τὴν σταφυλὴν ἐκθλίβων εἰς τὴν χεῖρα διδόναι Φαραῶ.” καὶ ὁ Ἰωσήφ τοὺς τρεῖς πυθμένες
15 ἔτι τρεῖς ἡμέρας ἔσεισθαι φησὶ, καὶ τῆς ἀρχῆς σου μεμνήσεται ὁ Φαραῶ, καὶ ἀποκαταστήσει σε εἰς τὴν προτέραν ἀρχιοινοχοσίαν. ἀλλὰ μνήσθητι κάμου, ὅταν εὖ σοι γένηται, ὅτι μάτην διαβλη-
θεῖς τῷ ὀχυρώματι τούτῳ κατακέκριμαι. ἐπὶ τούτοις καὶ ὁ ἀρχι-
σιτοποιὸς ἔφη “τρία κανῶ χονδριτῶν σιτοποιοῦ, ἐξ ὧν ἔργων ὁ P 37
20 βασιλεὺς ἐσθίει, ἐπὶ τῆς κεφαλῆς μου ἔχιν ὑπελάμβανον· καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ ἐπιόντα κατήσθιεν αὐτά.” καὶ ὁ Ἰωσήφ “ἔτι τρεῖς ἡμέραι” ἔφη, “καὶ ἀφελῆται Φαραῶ τὴν κεφαλὴν σου ἀπὸ σου, καὶ ἐπὶ ξύλον κρεμῶμενον τὰ ὄρνεά σε καταθοιγήσονται.”

studium contendendi exiguum saepe odio occasionem praebet; ex quo orta rixa et invalescente acerba existit aemulatio. hanc occulta subsequitur invidia; et ex hac rursus animi exardescit acris ira, quae homicidiis foedis causam exhibet, nisi praestantioris nimirum prudentiae consiliis ea avertantur.

Cum in Aegyptum venditus Iosephus Potiphari regiae Pharaonis culinae praefectus eunucho esset atque in carcerem traditus, evenit ut pistorum quoque et pincernarum Pharaonis principes eunucho in eundem carcerem concluderentur. inde aliquot elapsis diebus uterque horum insomnium habuit. princeps pincernarum rettulit visam sibi in somnis fuisse vitem laetam palmitibus maturasque uvas porrigentem, atque inferne tribus subnixam palmitibus, se vero uvam in poculum exprimere, idque Pharaoni in manum dare. tum Iosephus interpretatus est tribus palmitibus triduum significari: eo exacto Pharaoni ministerium eius in memoriam rediturum, ipsumque a rege in pristinam dignitatem restitutum iri. petitque ut rebus prosperis redditus sui per calumniam carceri inclusi rationem haberet. deinde magister pistorum “imaginatus sum” ait “per quietem capiti meo impositas tres sportas me gerere, panibus delicatis plenas, qualibus rex vesci solet: ceterum aves ingruere atque eos devorare.” respondit Iosephus fore ut post tres dies Pharaonem capite multatum in crucem agat, ubi volucris esca sit futurus.

κατὰ τὴν κρῆσιν οὖν τοῦ Ἰωσήφ οὕτω καὶ ἐγένετο. μετὰ ταῦτα
 δύο ἐτῶν παρωχημένων αὐτὸς ἐνύπνιον εἶδε Φαραῶ. ἐπὶ βόας
 καλὰς τῷ εἶδει καὶ ταῖς σαρκὶ λιπαράς, ἀναβαινούσας ἐκ τοῦ πο-
 ταμοῦ καὶ ἐν τῷ ἄχρῳ νεμομένας ᾤετο ὄραν, ἄλλας δὲ ἐπὶ βόας
 ἐπομένας ταῖς πρώταις, ἀσυχρὰς τῷ εἶδει καὶ λεπτάς, αἱ καὶ
 B κατέφαγον τὰς λιπαράς καὶ ἐκλεκτάς. εἶτα ἐγεγρθεὶς καὶ αὐθις
 δεῦτερον ἐνυπνισθεὶς ὁ βασιλεὺς ὄραν ἐδόκει ἐπὶ στάχνας ἐν ἐνὶ
 πυθμένι ἀνιέναι, καλοὺς καὶ ἐκλεκτούς, καὶ μετ' αὐτοὺς ἄλλους
 ἐπὶ ἀναφύεσθαι ἀνεμοφθόρους καὶ λεπτούς, οἱ τοὺς ἐκλεκτούς
 καὶ πλήρεις κατέπιον. ταῦτα ἰδὼν Φαραῶ ἐταράχθη, καὶ ὁ 10
 ἀπαγγέλλων αὐτῷ τὴν σύγκρῃσιν οὐκ ἦν. ἀναμμινήσκειται οὖν ὁ
 ἀρχινομοχόος τοῦ Ἰωσήφ, ὃς καὶ παραστὰς τὰς μὲν ἐπὶ βόας
 τὰς καλὰς καὶ τοὺς ἐπὶ στάχνας τοὺς καλοὺς ἐπὶ ἔτη εὐθηνίας
 εἶναι φησί, τὰς δὲ ἐπὶ βόας τὰς ἰσχνὰς καὶ τοὺς ἐπὶ στάχνας
 τοὺς λεπτοὺς καὶ κενούς, ἐπὶ ἔτη λιμοῦ ἰσχυροῦ ἐπακολουθήσει, 15
 C ἅπερ ἐξαναλώσει πάντα τὰ ἀγαθὰ τῶν ἐτῶν τῆς εὐθηνίας. τὸ δὲ
 δευτερώσαι τὸ ἐνύπνιον, ἀληθές ἐστι δηλοῦ. τὸ δὲ καὶ διὰ τῶν
 ἀσταχύνων δευτερωθῆναι τὸ διὰ τῶν γεωργημάτων τῆς γῆς σημαί-
 νει· ὅπερ καὶ ταχυνεῖ τοῦ ποιῆσαι ὁ θεός. ἦν μὲν οὖν ἐτῶν τριά-
 κοντα ὁ Ἰωσήφ, ὅτε παρέστη τῷ Φαραῶ· ᾧ καὶ γυναῖκα τὴν 20
 Ἀσινεθ εἰδίδου, θυγατέρα τοῦ ἱερέως Πετεροῦ, μεθ' ἧς καὶ δύο
 υἱοὺς ἐτετόκε, Μανασσὴν καὶ Ἐφραῖμ. τοῦ λιμοῦ δὲ ἐπὶ ἐπταετία

22 ἐκτετόκει codex Regius 1713 (R) ἐπταετία R, ἐπταετίας P

quomodo autem Iosephus actum iri praedixerat, ita plane actum est. duobus ab eo tempore annis circumactis ipsi Pharaoni insomnium est oblatum tale. vidit septem vaccas formosas et carne nitidas de fluvio adscendere atque in palustri gramine pascere: his succedere totidem deformes atque macilentas, a quibus pulchrae illae et pingues devorantur. expergefactus rex cum denuo obdormivisset, in somno sibi visus est videre septem spicas ab uno culmo enasci pulchras atque eximias: post has alias septem vitio aëris inanes ac tenues, et ab his praeclaras istas atque plenas consumi. his visis perturbatus est rex, neque tamen fuit qui ei somnium hoc interpretari posset. ibi tum recordatus Iosephi est pincernarum praefectus. Iosephus ergo vocatus septem vaccis formosis itemque septem spicis praeclaris septem annos fertilitatis designari exponit, septem macris vaccis atque inanibus spicis annos septem penuriae insecuturæ, qui omnes fertiliū annorum opes essent absumpturi. insomnii veritatem geminatione confirmari, et quod secundo spicae visae essent, eo indicium de frugibus terrae perhiberi, ac deum rem acceleraturum. triginta annos natus fuit Iosephus, cum Pharaoni praesto fuit; isque ei Asenetham Potipharis sacerdotis filiam matrimonio iunxit, ex qua ei duo filii sunt nati, Manasses atque Ephraimus. enimvero fame septennali orta Iosephus omne aurum,

- γενομένου πάντα μὲν χρυσὸν καὶ κτήνη καὶ γῆν, ἀλλὰ μὴν καὶ ἔξ ἀνθρώπων ἀνδράποδα τῷ οἴκῳ Φαραῶ εἰσεποιήσατο· ἐν δὲ τῷ ἐβδόμῳ ἐνιαυτῷ σπέρματα δοὺς πάσῃ τῇ γῆ Αἰγύπτου, τὸ πέμπτον μέρος ἀποκληροῦν ἐποίησε τοῖς βασιλείοις. ὅπερ καὶ μέχρις ἡμερῶν οὖν κρατεῖ ἐν Αἰγύπτῳ, μόνων τῶν ἱερέων ὑπεξηρημένων· τὴν ἱερατικὴν γὰρ γῆν ἀτελῆ καταλλοίπε μόνην. οἱ δὲ Αἰγύπτιοι σωτηρίαν μεγίστην καὶ εὐεργεσίαν τοῦτο ἡγησάμενοι, ἄχρι τοῦ δεῦρο ἀποπεμπτοῦν παρειλήφασιν τῷ Φαραῶ πάντας τοὺς καρποὺς τῆς γῆς αὐτῶν.
- 10 Ἑπτακαίδεκα μὲν ἔτη ὁ Ἰακώβ ἐπέζησεν ἐν Αἰγύπτῳ τῷ Ἰωσήφ, τῆς ζωῆς δὲ αὐτῷ αἱ πῦσαι ἡμέραι εἰς ρμζ' ἔτη ἔξεμετρῆθησαν. ἡγγίξε μὲν οὖν ἡ ἡμέρα τῆς αὐτοῦ τελευτῆς, αὐτὸς δὲ τὸν Ἰωσήφ προσκαλούμενος θείναι τὴν χεῖρα ὑπὸ τὸν μηρόν, ὡς ἔθος, καὶ ὁμοσαι αὐτῷ κατεδυσώπει μὴ θάψαι αὐτὸν ἐν Αἰ- P 38
Deinde Ulysses apud Siciliam incidit in Cyclopem. non fuit is, ut Homerus fabulatur, unoculus, sed omnium hominum natura similis, ut et reliqui Cyclopes. sed ii vastis corporibus erant, efferri atque immanes, saevissimi, inhumanissimi atque caedibus humanis deditissimi. inde ad Aeolicas insulas delatus est, post ad Circeon et Calypsonem, Atlantis filias. ex Circe etiam filiam habuit Telegonum. postea ad paludem

τὴν καλουμένην Νεκρόπον, ἐν ἧ δια φαντασμάτων ἔγνω τὰ μέλλοντα συμβαίνειν αὐτῷ. ἐκεῖθεν εἰς τὰς Σειρήνας ἐκρίπτεται πέτρας καὶ τὴν καλουμένην Χάρυβδιν καὶ Σκύλλαν, ἧτις ἐν στενῷ τόπῳ διακειμένη ὑποδέχεται τὰ τοῦ Ἰδαιονοῦ ρεύματα καὶ τοὺς 5 παραπλέοντας βυθίζει. ἐν ᾧ τὰ πλοῖα πάντα μετὰ καὶ τῶν ἐταίρων ἀποβαλῶν, αὐτὸς κρατήσας σανίδος ἐν τοῖς ρεύμασι τῶν ὑδάτων ἐφέρετο. τούτον Φοίνικες πλέοντα λαβόντες εἰς Κρήτην πρὸς Ἰδομενέα γυμνὸν ἤγαγον. καὶ αὐτὸς πέμπει τούτον εἰς Φαιακίαν τὴν νῦν λεγομένην Κέρκυραν πρὸς Ἀλκίνοον, δεδωκὼς αὐτῷ 10 ναῦς δύο καὶ ἄνδρας ἐπιλέκτους ἑ. ὁ Ἀλκίνοος τοῖνον μετὰ τοῦ Ὀδυσσεῶς πλείονας στρατιώτας ἀναλαβόμενος καταλαμβάνει τὴν Ἰθάκην. καὶ τοὺς μνηστήρας ἀποκτείνας, καθάρως τε τὸν οἶκον ἀπὸ τῶν ἐπιβουλεύοντων αὐτῷ, ἀνακτιῦται τὴν βασιλείαν. βιώσας οὖν ὁ Ὀδυσσεὺς πολλοὺς χρόνους ὑπὸ τοῦ ἰδίου παιδὸς τοῦ ἀπὸ 15 τῆς Κίρκης αὐτῷ γεγεννημένου τοῦ Τηλεγόνου τὸν βίον καταλύει. Β τὸν γὰρ ἀπὸ τοῦ νειοῦ θάνατον ἐκ τινῶν μαντευμάτων ὑφορώμενος τὸν Τηλέμαχον ἐφυλάττετο καὶ συνεῖναι αὐτῷ παρητήετο. τοῦ οὖν Τηλεγόνου τὴν Ἰθάκην καταλαβόντος καὶ ἑαυτὸν τῷ πατρὶ καταμνήσαντος, μὴ προσδεχομένου παρὰ τῶν φυλάκων, νυκτός τε 20 οὔσης καὶ κραυγῆς γενομένης νομίσας Ὀδυσσεὺς τὸν Τηλέμαχον εἶναι ἀνίσταται μετὰ ξίφους, καὶ συμπεσὼν Τηλεγόνῳ πλήττεται ἐπ' αὐτοῦ κέντρῳ τρυγόνος, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τελευτᾷ.

Ἀγαμέμνων ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν πατρίδα μετὰ Κασάνδρας ἀποπλεύσας εἶρε Κλυταιμνήστραν μοιχευομένην Αἰγίσθῳ. αὕτη

nomine Necyopam, ubi ex visis quibusdam ea quae sibi eventura essent cognovit. inde ad Sirenum saxa eiectus est, et ad Charybdim ac Scyllam, quae in faucibus sita Oceani fluctus excipit ac praeternavigantes submergit. ibi omnibus navibus ac sociis amissis, ipse tabula arrepta cum undis ferretur, ita vehens a Phoenicibus exceptus nudusque in Cretam est ad Idomeneum deductus. Idomeneus eum additis duabus navibus ac 50 viris delectis ad Alcinoem misit in insulam Phaeaciam, quae nunc Corcyrae nomen gerit. Alcinoem eum, pluribus adhuc militibus adhibitis, in Ithacam deduxit; qua potitus Ulysses, prociis interfectis, domoque ab iis qui ipsi insidiabantur purgata, regnum recuperavit. cum autem multos annos vixisset, a Telegono, suo et Circes filio, occisus est. nam cum necem a filio suo ex quibusdam vaticiniis metneret, a Telemacho sibi cavebat eiusque convictu abstinebat. ac cum Telegonus Ithacam appulisset, seque, cum a custodibus non admitteretur, patri suo indicari iussisset, quod tum nox erat, vociferatione oborta, Telemachum adese ratus Ulysses, cum gladio obviam ivit, congressusque Telegono, ab eo pustinacae spina ictus periit.

Agamemnon cum una cum Casandra in patriam navigatione esset delatus, in Clytaemnestram uxorem suam ab Aegistho adulteratam inci-

C γὰρ ἀκούσασα ὡς Ἀγαμέμνων τὴν Κασάνδραν ἔσχεν ἐν Τροίᾳ, θάνατον καταψηφίζεται τῷ ἀνδρὶ τοιοῦτον. ἐνδύσασα γὰρ αὐτὸν ἐπανελθόντα χιτῶνα πανταχόθεν ἕφασμένον, παρασκευάζει τοῦτον ὑπὸ Αἰγίσθου σφαγῆναι, καὶ λαμβάνει τὸν Αἰγίσθον. ὁ γοῦν τοῦ Ἀγαμέμνονος υἱὸς Ὀρέστης, ὃς ὑπὸ τοῦ ἰδίου πατρὸς ἐν τῇ 5 πρὸς Ἴλιον ἐστρατεία νέος ὢν πρὸς Σχοινέα ἀπιστῶν ἀνατραφῆναι, τοῦτο μαθὼν ἦλθε, καὶ ἀνελὼν Αἰγίσθον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ ἀναλαμβάνει τὴν βασιλείαν.

Μενέλαος δὲ σὺν τῇ Ἑλένῃ εἰς Αἴγυπτον ἀπορριφεῖς, καὶ μόλις εἰς Λακεδαίμονα καταχθίεις, τὰ κατὰ τὸν Ἀγαμέμνονα μα-10 θῶν μετὰ πολλοῦ δέους ἔβιον. Αἴας δὲ ὁ τοῦ Οἰλέως υἱὸς μετὰ D τοῦ ἰδίου στρατοῦ ἐποντίσθη. Διομήδης δὲ ὁ τοῦ Τυδέως υἱὸς εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν καταπλεύσας οὐκ ἐδέχθη, ἀλλὰ διωχθεὶς ὑπὸ Αἰγιαλείας τῆς αὐτοῦ γυναικὸς καὶ τῶν πολιτῶν κατέφυγεν εἰς Καλαβρίαν. κτίζει οὖν πόλιν ἐκεῖ, ἣν ἐκάλεσεν Ἀργυρίππην, τὴν 15 μετονομασθεῖσαν Μαλεβέντον, εἶτα καὶ Βενεβέντον, καὶ ἐν αὐτῇ οἰκεῖ ἔχων καὶ τὸ Παλλάδιον, ὅπερ ἔλαβεν ἐκ Τροίας.

Ὅτι Ὀρέστης μετὰ τὴν μητροκτονίαν εἰς μανίαν περιέπεσε λυσσώδῃ, καὶ ποτὲ μὲν ἐν ἀνέσει διῆγε, ποτὲ δὲ τῷ ἐξόχῳ ἐπέ-
 τέλει. ἀγαπῶντων δὲ αὐτὸν τῶν πολιτῶν εἰς Δελφοὺς ἀπέρχεται, 20
 P 134 καὶ δέχεται χρησμὸν τοιοῦτον "Ὀρέστα, οὐκ ἄλλως σε δεῖ ἀργα-
 λῆς νόσου μανίην ἀποθέσθαι, εἰ μὴ περῶσας Πόντου κύματα

dit. nam ea cum inaudivisset Agamemnonem apud Troiam Casandra uti, mortem marito sic est machinata, ut reversum veste undiquaque contexta indueret, subornato qui eum sic deprehensum iugularet Aegistho; cui et statim nupat. at filius Agamemnonis Orestes, qui puer a patre ad bellum Troianum proficiscente ad Schoeneum fuerat educatum missus, re compta domum reversus suam matrem una cum Aegistho interfecit regnumque recuperavit.

Menelaus cum Helena in Aegyptum electus, vix tandem Spartam cum rediisset, Agamemnonis casu cognito in magna sollicitudine vitam exegit. Ajax Oilei F. una cum suo exercitu fluctibus est marinis obrutus. Diomedes Tydei F. cum ad suam urbem revertens esset mari, non est admittus: sed ab Aegialea uxore sua et civibus repulsus in Calabriam confugit, ibique urbem Argyripam condidit, et eam habitavit, secum etiam Palladium tenens, quod apud Troiam nactus fuerat. ea urbs postea Maleventum ac rursus Beneventum est denominata.

Orestes post perpetratam matris caedem in rabiosam incidit insaniam; quae aliquando remittebat, alio tempore vehementius vexabat. civibus ergo instantibus Delphos profectus tale oraculum accepit.

Oresta, non aliter vaesania gravi
 te liberari fata concedunt deum,
 quam Pentici transvectus undas aequoris

*Σκυθίας γαίαν καταλάβης Αδλίδος τε χώραν. ἐν ἱερῷ Ἀρτέμιδος
 ληφθεὶς σωθήσῃ ἐκ τῶν βωμῶν. κἀκεῖθεν ἐκφυγὼν ἀπὸ χθονὸς
 βαρβάρων χθόνα περάσας καταλάβης Συρίας γαίαν. ἀδλῶνος
 Σιλπίου ὄρους ἀντικρυ εὐρήσεις Μελάντιον τοῦνομα ἔχον ὄρος,
 5 ἔνθα μέγας ἐστὶ ναὸς Ἑστίας. ἐκεῖ λυσσώδη μανίαν ἀποτίθει.
 θᾶπτον οἶχνει. ταῦτ' ἔφη ἢ γίνεται." ταῦτα σημειωσάμενος
 Ὀρέστης, εὐθέως ἀναπλεύσας ἕμα τῷ Πυλάδῃ, ἔφθασαν ἐπὶ τὴν
 Αδλίδα χώραν τῆς Σκυθίας. τὴν Ποντικὴν τοῖνον θάλασσαν
 διαπεράσαντες, καὶ ὡς ἀπὸ μιλίων δύο τῆς ἡπειρου πεζεύσαντες, B
 10 ὄρῳσιν ὡς μελαθρα θεῶς καὶ ἔξωθεν ἀνθρώπων δοτέα ἐρομιμένα,
 ἃ καὶ Κρονστῆμια ἐγχώριος καλεῖ γλωσσοῦ. καὶ τί δράσαιεν ἐβου-
 λεύοντο. τρέχουσι βουκόλοι πρὸς τὴν Ἰφιγένειαν, "ἤκουσι"
 φάσκοντες "δύο νεανίσκοι παρὰ τὴν κυανέαν." ἐκείνη δέ, τίνας
 καὶ ποταποί, καὶ τίνα τούτοις δνόματα, πρῶτον ἐρωτῶσα τοῦς
 15 ξένους, καὶ περὶ Ἀγαμέμνονος τοῦ πατρὸς καὶ περὶ τοῦ Τρωϊκοῦ
 πολέμου ἐξήταξεν. εἶτα δεισμοῦνται τοῦ θύεσθαι. καὶ τὸν μὲν
 Ὀρέστην εἰς τὴν ἐξῆς, Πυλάδην δὲ τῷ βωμῷ τῆς Ἀρτέμιδος
 παρεστήσατο. καὶ ἡ Ἰφιγένεια ποίας ἂν εἴη χώρας ἐπόθετο καὶ
 ποίας πόλεως. "χώρας μὲν Ἑλλάδος" ἔφη, "Μυκῆνης δὲ πόλεως C
 20 ἄθλιος πάρεμι." ἡ δὲ τὴν πόλιν αὐτῆς καὶ τὴν χώραν ἀκούσασα
 ἰδάκρυσεν, ὑποπτεύσασα δὲ ὑπὸ τῶν βουκόλων αὐτὸν ἀκούσαι τὰ
 περὶ αὐτῆς "τίς" ἔφη "βασιλεὺς Μυκῆνης; τίς δὲ ἡ τοῦτου γυνή;*

Scythicas in oras Aulidemque veneris.

hic ad Dianae constitutus victima

altare, salvus barbaricam fugies solum,

terram Syrorum transmissis attinges mari,

quae Silpii montis convallem oppositam habet.

hic reperies montem nomine Melanthium

Vestaeque fanum nobile vetustae deae.

ibi tu rabiosam depones insaniam.

abi cito hinc: quae sint futura, diximus.

eo annotato Orestes statim comitatus Pylade in Scythiam navigavit et
 Aulidem pervenit. ergo cum Pontico mari trajecto terrestri itinere ad
 miliaria duo progressi essent, templum divae cernunt, forisque ossa ho-
 minum projecta, quae indigenae sua lingua crustemia nominabant. hic
 ipsis quid facti usus esset consultantibus, pastores ad Iphigeniam ac-
 currunt, duosque nuntiant iuvenes mari advectos esse. ea primum no-
 mina hospitem, ac cuius, scitatur, simul de Agamemnone patre suo et
 Troiano bello, exploratis eorum indicibus. inde il ut deae victima fiant
 vinciantur; reservaturque in proxime insequentem diem Orestes, Pyla-
 des ad aram Dianae constituitur. percontata est eum Iphigenia cuius
 esset. Graecum se esse respondit domo, patria Mycenaeum. illacrima-
 vit ea nomine gentis et urbis suae audito: suspicata tamen, eum de ipsis
 rebus aliquid ex pastoribus inaudivisse, quaevisit porro quis rex Myce-

τίνα δὲ τέκνα;” “*Αγαμέμνων*” εἶπε “*πρώην, γυνή δὲ Κλυται-
μνήστρα, τέκνα δὲ οἱ Ὀρέστης καὶ Ἠλέκτρα καὶ Ἰφιγένεια, ἣ
ὡς λέγουσι Θυσία Ἀρτέμιδι προσήχθη, θυσθεῖσα δὲ ἐπὶ τῆς
θεοῦ ἕως ἄρτι ποῦ ἐστὶν οὐκ ἐγνώσθη· ἔσχε δὲ καὶ Χρυσόθειμιν
καὶ Λαυδίκην θυγατέρας.*” ἣ δὲ ἀκούσασα κελεύει τοῦτον αὐτίκα 5
λυθῆναι τῶν δεσμῶν. καὶ γράψασα δίπτυχον ἐπιδέδωκεν αὐτῷ,
D εἰποῦσα “ἴδου τὸ ζῆν σοὶ ἡ θεὸς δωρεῖται δι’ ἐμοῦ. ἐπόμυθί
μοι κατ’ αὐτῆς ὅτι τὸ δίπτυχον τοῦτο ἐπιδίδως τῷ Ὀρέστη, καὶ
κομίζεις μοι παρ’ αὐτοῦ γράμματα.” ὁ δὲ ἐκώμυντο καὶ τὸ
γράμμα δίδοναι αὐτῷ εἰς χεῖρας καὶ αὐτὸν ἄγειν Ὀρέστην πρὸς 10
αὐτήν. εἰληφῶς δὲ τὸ δίπτυχον ἐξῆλθε τοῦ ἱεροῦ, καὶ ἐλθὼν
ὄπου Ὀρέστης ἐφρουρεῖτο ἤτήσατο τοὺς φρουροὺς Σκύθας, καὶ
εἰσελθὼν ἐπιδίδου τὴν πυκτὴν οὕτως εἰπὼν “ἴθι τὸ τάχος πρὸς
Ἰφιγένειαν τὴν σὴν ἀδελφήν.” ζῆμον οὖν ἔνεο οἱ Σκύθαι πρὸς
τὸ συμβάν. καὶ δὴ αὐτίκα πρὸς Ἰφιγένειαν εἰσηλθὼν ἀμφότεροι, 15
καὶ ὁ Πυλάδης “ἴδε” ἔφη “Ὀρέστης ὁ σὸς ἀδελφεός.” ἣ δὲ οὐκ
P 135 ἐγνώρισεν αὐτόν, ἕως τὸ Πελόπειον τοῦ γένους σήμαντρον τὴν
ἐλαίαν εἶδεν ἔχοντα ἐν τῷ ὤμῳ δεξιῷ. περιπτουζαμένη τε αὐτόν
ἐκέλευσεν ἐλκυσθῆναι τὰ πλοῖα αὐτῶν ἀπὸ τῆς θαλάσσης, καὶ
ὄλον αὐτοὺς μείναι τὸν χειμῶνα παρ’ αὐτῆ. θέρους δὲ γενομένου 20
λάθρα Ὀρέστης καὶ Πυλάδης τὸ ὀλόχρυσον ἄγλαμα Ἀρτέμιδος
καὶ αὐτήν ἀνελόμενοι τὴν Ἰφιγένειαν ἀπέδρασαν μεθ’ ὧν ἀπήλθον
πλοίων. καὶ τὴν Διαβηγὴν περάσαντες ἤλθον πρὸς ἀνατολὴν ἐπὶ

narum, quae eius uxor, quae proles. ad haec Pylades pridem Aga-
memnonem ibi regnum obtinuisse; eius uxorem Clytaemnestram, liberos
Orestem Electram Iphigeniam (hanc famam ferre Dianae pro victima
oblatam, ab ea neci subtractam fuisse, neque hactenus cognitum esse
ubinam locorum agat) ac praeterea Chrysothemiam atque Laodicen. his
auditis Iphigenia Pyladem statim vinculis solvi iubet, literisque conscrip-
tis eas ipsi tradit, ita fata. “vitam tibi dea per me donat: per eam tu
mihī iura literas has Oresti te redditurum, ab eoque responsum relatu-
rum.” iuravit se et literas in manus Orestis traditurum et hunc ad
ipsam adducturum. acceptisque literis fano egressus eo venit ubi Ore-
stes custodiebatur; impetratoque a Scythis aditu, tabulam Oresti tradi-
dit, his verbis “i quam primum ad Iphigeniam, sororem tuam.” obstu-
perunt audito hoc casu Scythae. illi ambo recta ad Iphigeniam se con-
tulerunt. ac Pylades “ecce” inquit, “hic Orestes frater tuus.” non
tamen eam Iphigenia agnovit ante quam signum Pelopei generis oleam
in dextro humero vidit. tum eam amplexa naves subduci in navale ius-
sit, ipsosque secum totam eam hiemem detinuit. aestate facta Orestes
et Pylades clam simulacro Dianae, quod ex solido erat auro, ipsaque
assumpta Iphigenia, quibus advecti fuerant navibus aufugerunt; traicta-
que Diabena ad ortum solis ad Emet Saracenicum appulerunt, indeque

τὸ Σαρακηναῖον Ἔμετ, κάκειθεν ἐπὶ Τρικόμῳ τῆς Παλαιστίνης. καὶ δὴ Ὁρέστου μανέντος οἱ Τρικόμῳταί ἱερὸν μέγα τῆ Ἀρτέμιδι κτίσαντες ἤξιον τὴν Ἰφιγένειαν, ὡς ἱερίαν τιμῶντες αὐτήν, θυσιάσαι κόρην παρθένον τῆ θεῶ. καὶ δὴ ἄγοσσι νέαν, Νύσσαν **B** 5 ὀνόματι, ἦν καὶ ἐθυσίασεν Ἰφιγένεια. καὶ στήλην χαλκῆν στήσαντες Νύσσαν τὸν τόπον ὠνόμασαν. τοῦ γοῦν Ὁρέστου τὰς φρένας ἀναλαβόντος ἡ Ἰφιγένεια ὄναρ εἶδεν, ἔλαφον λέγουσαν αὐτῇ “φύγε ἀπὸ τῆς χώρας ταύτης.” εὐθὺς οὖν φυγόντες τὴν παράλιον καταλαμβάνουσι Παλαιστίνην, κάκειθεν εἰς Συρίαν καὶ **10** τὸ Μελάντιον ὄρος. καὶ τὸ ἱερὸν τῆς Ἑστίας κατὰ τὸν χρησμὸν εὐρηκῶς Ὁρέστης καὶ θυσιάσας τῆς χαλεπῆς ἀπήλλακται μανίας. εἶτα τὸν Ὁρόντην περάσας ἐπὶ τὸ Σλλπιον ὄρος ἤλθε, καὶ τοὺς Ἀργεῖους Ἰωνίας ὡς συγγενεῖς ἀσπασάμενος δι’ αὐτῶν εἰς τὸ παράλιον τῆς Παλαισιόπλειως πρῶην λεγομένης, ἣν δὲ Σέλευκειας, **C** **15** παρεπέμφθη. κάκειθεν ναῦν εὐρηκῶς ἕως Ἑλλάδος διέβη. καὶ τὴν ἀδελφὴν Ἠλέκτραν εἰς γάμον τῷ Πυλάδῃ ζεύξας, ἕως Θανάτου τῆς τῶν Μυκηρῶν βασιλεύει χώρας. Θόας δὲ τότε τοπάρχης ὢν Σκυθίας εἰς καταδίωξιν Ἰφιγενείας διὰ τὸ ἄγαλμα Σκύθας πλείστους ἀπέστειλεν· ἐπεὶ δὲ εἰς Τρικόμῳν ἔλθόντες ἔμαθον ἀπο- **20** πλεῦσαι τοὺς διωκομένους, ἐκεῖ ἔμειναν, καὶ πόλιν τὴν λεγομένην Σκυθόπολιν οἰκοδομήσαντες οὐκέτι ὑπέστρεψαν.

Διείλας παρὰ Διομήδους ἐν Καλαβρίᾳ ξενωθείς, ἐπεὶ ἀποφοιτῶν ἔμειλλεν, ἤπειτο λαβεῖν τὸ Παλλάδιον παρ’ αὐτοῦ. πρὸς

ad Tricomina Palaestinae. ibi cum Orestes fureret, Tricomitae magnum Dianae fanum condiderunt; Iphigeniamque, quod eam ut sacerdotem honorarent, rogaverunt uti deae virginem puellam immolaret. adduxeruntque puellam nomine Nyssam, quam Iphigenia hostiam mactavit. ibi aerea columna posita loco Nyssae nomen indiderunt. Oresta tum sanitati mentis restituto, Iphigenia per insomnium est a cerva admonita ut hanc terram fugeret. statimque fugientes maritimum Palaestinam tenuerunt. inde in Syriam et ad montem Melantium delati sunt, ubi Orestes ex oraculo fanum Vestae repperit, ac sacris operatus difficili est liberatus insaniam. inde Oronte fluvio trajecto ad Silpium montem pervenit; salutatisque Ionitis Argivis utpote propinquis suis, ab iis ad portum Seleucia, quae antiquitas Palaepolis fuit nominata, deductus navemque ibi nactus in Graeciam transmisit. hic tradita in matrimonium Electra sua sorore Pyradi, Mycenaorum regnum usque ad vitae finem gessit. Thoas autem Scythiae regulus propter simulacrum permultos Scythas misit, qui Iphigeniam persequerentur. hi cum Tricomina pervenissent, indeque eos quos insequerentur abire intellexissent, ibi remanserunt, urbeque, cui Scythopolis est nomen, condita domum reversi non sunt.

Aeneas in Calabria usus Diomedis hospitio, iam diacessurus, ab eo Palladium petiit. respondit Diomedes ex eo tempore, quo primum cum

D ὃν ἐκείνος "ἔξ οὗ" φησὶ "τὴν ἀρχὴν τοῦτο μετὰ Ὀδυσσεύος τῆς Ἰλλίου ἀφειλόμην, οὔτε ἐμοὶ οὔτε τῷ ὑπ' ἐμὲ στρατῷ θάλλεις ἐπέλιπον ἕως ἄρτι καὶ συμφορὰ. διὸ καὶ ἐπυθόμην τῆς Πυθίας περὶ αὐτοῦ, ἣ καὶ ἀνείλεν ἀποδοῦναι αὐτὸ τοῖς Τρωσὶ." ταῦτα Διομήδης εἰπών, καὶ θυσάμενος τῷ θεῷ, ἐκβαλὼν εὐθὺς τὸ Παλλάδιον τῷ Αἰνείᾳ δωρεῖται. τοῦτο λαβὼν Αἰνείας πρὸς τὸν τότε τοπαρχοῦντα Ἰταλίας Λατίνον ἐφορμᾷ, καὶ κατὰ τῶν Ῥουτύλων σὺν αὐτῷ ἐστρατεύει. ἐν ᾧ πολέμῳ Λατίνος ὁ Τηλέφου υἱὸς ἀναίρεται. Αἰνείας δὲ στρατὸν συναγαγερικῶς κατὰ τῶν Ῥουτύλων πολεμῆι, καὶ τούτους τρεψάμενος, τὴν θρυγατέρα Λατίνου 10
P 136 Ἀλβανίαν καὶ τὴν βασιλείαν λαβὼν, πόλιν κτίζει μεγάλην, Ἀλβανίαν καλέσας· ἐν αὐτῇ τὸ Παλλάδιον ἀπέθετο. καὶ αὐτὸς μετὰ Λατίνον 19 ἔτη βασιλεύσας τελευτᾷ.

Μετ' αὐτὸν δὲ Ἀσκάnios Ἰούλος, υἱὸς Αἰνείου ἀπὸ Κρεούσης Τρωάδος, τῆς πρώτης αὐτοῦ γυναικός, ἔτη λέ' ὅς καὶ τὴν 16 Λαβινίαν κτίσας πόλιν, αὐτόσε τὸ βασιλεῖον καὶ τὸ Παλλάδιον ἀπὸ τῆς Ἀλβανίας εἰς τὴν Λαβινίαν μετέθηκε τὴν κτισθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ.

Λαβινίας δὲ ἤρξεν Ἄλβας ὁ υἱὸς Ἀσκανίου ἔτη λέ' ὅς καὶ κτίζει τὴν πόλιν Σίλβαν, ἔξ οὗ καὶ οἱ βασιλεῖς Σίλβιοι ἐκαλοῦντο. 20 οὗτος δὲ πάλιν ὁ Ἄλβας τὸ Παλλάδιον ἐν τῇ ὑπ' αὐτοῦ κτισθείσῃ B πόλει Σίλβῃ ἐκ τῆς Λαβινίας μετέγαγε πόλεως. ἐντεῦθεν λοιπὸν ἐκεῖ βασιλεύουσι κατὰ διαδοχὴν οἱ Αἰνεΐαδαι ἔτη τλα'. Εὐάνδρος δὲ καὶ Πάλας οἱ τοῦ Αἰνείου υἱοί, τὴν καλουμένην Βαλέντα ἐπαρ-

Ulysses Palladium Ilio abetulisset, se atque exercitum suum continentibus malis atque calamitatibus fuisse vexatum; et cum eius rei causa Pythiam consulnisset, iussum fuisse Troianis id reddere. his dictis deo rem sacram fecit, Aeneamque deprompto Palladio donavit. Aeneas cum Palladio ad Italiam dominum Latinum profectus cum eo adversum Rutulos expeditionem facit. eo in bello Latinus cecidit. Aeneas autem exercitu collecto Rutulis bellum facit, iisque pulsus filiam Latini Albaniam uxorem et regnum consecutus urbem magnam extruit, nomine Albaniam, inque ea Palladium collocat. ipse regno post Latinum annos 19 functus moritur.

Post hunc Ascanius Iulus, Aeneae ex Creusa Troiana, prima uxore, filius regnum annos 35 gessit. is urbem Laviniam condidit, eoque regiam et Palladium transtulit.

Laviniae rexit Albas Ascanii F. annos 85. is urbem Silvam condidit, unde etiam reges Silvii denominati sunt. is quoque Palladium Lavinia in urbem a se conditam Silvam traduxit. ibi deinceps Aeneadae ordine regnaverunt annos 831. Evander autem et Palas Aeneae filii,

χίαν ἰθύνοντες, οἶκον οἰκοδομοῦσι πάνυ μέγαν καὶ θαυμαστὸν καὶ τοιοῦτον, ἕξ ἐκείνου πάντα βασιλείον οἶκον παλάτιον ὀνομάζεισθαι.

“Οτι οἱ Ῥωμαῖοι εἰς τρεῖς διαιροῦσι τὰς τοῦ μηνὸς ἡμέρας, εἰς καλάνδας, εἰς νόνας καὶ εἰς εἰδοῦς. καὶ αἱ μὲν καλάνδαι εἰσὶν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ μηνὸς μέχρι τῆς 9 ἡμέρας, αἱ δὲ ἀπ’ αὐτῆς νόναι μέχρι τῆς 10 ἡμέρας, εἰδοὶ δὲ αἱ μέχρι τῆς 11 ἡμέρας καὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ μηνός, ἣτις καλεῖται ἔτη καὶ νέα παρὰ τῶ κωμικῶ Ἀριστοφάνη καὶ Ἡσιόδῳ καὶ τοῖς λοιποῖς. εἰδοὶ δὲ κα-
10 λοῦνται αἱ μέχρι τῆς 12, ὅτι τηνικαῦτα ἀρχομένη τῆς 13 εἰδοποιεῖται πατελῶς ἢ σελήνη, εἶτα φθίνει.

Μετὰ τὴν βασιλείαν τοῦ Ἀρδέως ἐβασίλευσαν Λυδῶν ἕτεροι ἢ ἕως Κροίσου τοῦ ὑπερηφάνου καὶ Κύρου βασιλέως Ἀσσυρίων. ἐβασίλευσε δὲ ὁ αὐτὸς Κροῖσος ἔτη 14. κατέσχευεν οὖν ἡ
15 βασιλεία Λυδῶν τὰ ὅλα ἔτη 14. Κροῖσος δὲ ὑπέταξε πύσας τὰς πλησίον αὐτοῦ βασιλείας, καὶ τὰ πόρρωθεν αὐτοῦ λαμβάνει. ἐμήνησε δὲ καὶ Κύρῳ ἔῤῥοι τὴν βασιλείαν αὐτοῦ καὶ ἀναχωρῆσαι, ἢ δέξασθαι τὴν παρουσίαν τῆς βασιλείας αὐτοῦ πολεμοῦσαν. ὁ δὲ Κύρος ἀντίειπεν αὐτῷ διὰ τῶν πρεσβέων “τί γὰρ ἠδίκηται παρ’
20 ἐμοῦ ὁ Κροῖσος, τοσαύτην γῆν ἀφιστηκῶς ἀπ’ ἐμοῦ καὶ τῶν ἐμῶν βασιλείων;” καὶ ἀθημονῶν ἐβουλεύσατο φυγεῖν ἐπὶ τὴν Ἰνδικὴν χώραν, δεδοικῶς τὴν εὐτυχίαν Κροίσου. ἰδοῦσα δὲ αὐτὸν ἡ γυνὴ αὐτοῦ οὕτως ἀθυμοῦντα καὶ ἐπερωτήσασα, καὶ μαθοῦσα παρ’ αὐτοῦ τὸ πρᾶγμα, λέγει αὐτῷ ὡς ἐπὶ Δαριέου τοῦ πρώτου μου

2 ὅσα ἐξ?

cum provinciam Valentem gubernarent, domum aedificarunt mole et structura mirabilem. inde obtinuit ut regiae Palatiae nominentur.

Romani dies mensis in tres partes digerunt, in Kalendas, in Nonas et in Idus. Kalendae a mensis principio usque ad nonum diem durant, inde Nonae ad decimum quintum usque diem pertinent. sequuntur Idus usque ad diem trigesimum et mensis initium, quod Ene Kaenea ab Aristophane comico, Hesiodo et reliquis appellatur. Idus autem nomen inde habent, quod ab earum initio lunae forma (eidos forma est Graeco sermone) omnino perficitor, atque ea exinde deperit.

Post Ardyn octo Lydorum reges fuerunt usque ad Croesum superbum et Cyrum Assyriorum regem. regnavit Croesus annos 15. duravit regnum Lydorum annos omnino 232. subegit Croesus omnia, et vicina et longinqua regna. quin et Cyro significavit ut in suo regno decedat, alias se ipsi bellam facturam. respondit Cyrus per legatos “ecquid iniuriae Croeso abs me ortum est, qui a me et regno meo tantum terrae abstulit?” interim animi anxius, et felicitatem Croesi metuens, in Indiam fugere cogitabat. ceterum uxor eum ita aegrum animo videns, causamque scitata et edocta, indicavit vivente Dario suo priore marito va-

ἀνδρὸς ἦν τις ἀνὴρ Ἑβραῖος προφήτης, σοφίαν ἔχων Θεοῦ, ὀνό-
 ματι Δανιήλ, ὅντινα ἐν πολλῇ τιμῇ εἶχε Δαρείος ὁ βασιλεὺς, οὗ
 χωρὶς οὐδὲν ἔπραττεν ἐν τοῖς πολεμίοις· ὅστις μετὰ τὴν τελευταίαν
 ἐκείνου πλοῦσιος ὦν καὶ γεγρακῶς ἰδίαζεν εἰς τὴν Μαραβίτιδα
 χώραν. ὁ δὲ Κῦρος ἀκούσας ταῦτα ἔπεμψε πρὸς αὐτὸν τοὺς 5
 P 137 σος βασιλεὺς Ἀυδῶν ἐπιλεξάμενός τινος τῶν οικειῶν αὐτοῦ, δοὺς
 αὐτοῖς δῶρα εὐτελεῆ καὶ ἄλλα δῶρα βασιλικά, ἀποστέλλει αὐτοὺς
 ἐν Δελφοῖς εἰς τὸ Ἀπόλλωνος μαντεῖον, εἰρηκῶς αὐτοῖς “ἀλλάξατε
 τὰ σχήματα, καὶ ἀνέλθετε εἰς τὸ μαντεῖον, καὶ ἐπίδοτε εὐτελεῆ 10
 δῶρα τῷ ἱερεῖ, λέγοντες ὅτι Αἰγύπτιοι ἐσμεν, καὶ ἦλθομεν ἐπερω-
 τῆσαι τὴν Πυθίαν, καὶ ἐκ τοῦ τῆς ὁδοῦ μήκους ἐληθαργήσαμεν
 τί ἦλθομεν αἰτῆσαι ἢ ἐπερωτῆσαι. ἀλλ’ εὖξαι, καὶ ἐπερώτησον
 τὸν Θεὸν διὰ τί ἦλθομεν. καὶ εἰ μὲν εἶπη ὑμῖν διὰ τί ἦλθετε,
 δότε καὶ τὰ παρ’ ἐμοῦ βασιλικὰ δῶρα, καὶ εἶπατε τῷ ἱερεῖ εἰ 15
 νικῶ τὸν βασιλεῖα Περσῶν τὸν Κῦρον. οἱ δὲ ποιήσαντες οὕτως
 B ἐπρωτήσαν τὸν ἱερέα· ὃς εὐξάμενος ἔλαβε τὴν ἀπόκρισιν ταύτην
 παρὰ τῆς Πυθίας “οἶδα ψαμμῶν ἄριθμὸν θαλάσσης τε μέτρα,
 οὐ λαλόντος δ’ ἀκούω καὶ κωφοῦ ξυνήμι. παῖζειν δέ με πειρᾶ-
 ται Κροῖσος βασιλεὺς καὶ οἱ τούτου Ἀυδοί.” καὶ ἐξελεῖθαι ὁ ἱε- 20
 ρεὺς εἶπεν αὐτοῖς “οὐκ ἔστε Αἰγύπτιοι ἀλλὰ Ἀυδοί, καὶ οὐκ ἐλη-
 θαργήσατε, ἀλλὰ παίζοντες τὰ θεῖα εἶπατε.” καὶ ἐπέδωκεν αὐ-

tem quendam fuisse Ebraeum, divina sapientia praeditum, nomine Da-
 nielium: eum a rege in summo fuisse honore habitum, neque regem nisi
 cum eo communicata re quocquam in bello egisse. hunc, mortuo Darie,
 cum et ad senectam aetatem et ad magnas opes pervenisset, in Mara-
 bitidem regionem profectum ibi privatam vitam agere. Cyrus hoc audito
 principes suos ad Danielum mittit, qui eum honorifice adducerent. in-
 terea Croesus Lydorum rex quosdam suorum familiarium deligit, iisque
 et vulgaria et simul regia dona dat, Delphosque eos amandat ad oracu-
 lum Apollinis. mandabat autem ut habitu mutato oraculum intrarent,
 sacerdotique villiora dona offerrent, dicentes se esse Aegyptios consul-
 tumque Pythiam venisse, verum ex itineris longitudine sibi, cuius rei
 causa perquirendae profecti essent, ex animo effluxisse: ipse proinde
 votis conceptis ex deo, cur adessent, seiscitaretur. quodsi sacerdos cau-
 sam ipsorum adventum edixisset, regia etiam Croesi nomine dona offer-
 rent, indicarentque sacerdoti Croesum quaerere ane Cyrum Persarum
 regem esset superaturus. illi imperata exsecuti sunt. sacerdos votis
 peractis hoc responsi a Pythia accepit:

est mensura maris, numerus mihi notus arenae:

elinguis animi sensa et cognosco taentis.

sed mihi rex Croesus capiuntque illudere Lydi.

egressus sacerdos “non estis” inquit “Aegyptii, sed Lydi; neque obli-
 vione capti, sed animo divina illudendi adestis.” simul eis oraculum in

τοῖς τὸν χρησμὸν γράψας ἐν διπτύχῳ. οἱ δὲ ἐκπλαγύντες ἐπέδω-
 καν καὶ τᾶλλα βασιλικὰ δῶρα τῷ ἱερεῖ, εἰπόντες αὐτῷ ὅτι Κροῖ-
 σος ὁ βασιλεὺς ἐπεμφεν ἡμᾶς, ἐπειδὴ πόλεμον ἔχει πρὸς Κῦρον
 τὸν βασιλέα Περσῶν, καὶ μάθε εἰ νικᾷ αὐτόν.” εἰσελθὼν οὖν
 5 πάλιν ὁ ἱερεὺς καὶ εὐξάμενος ἔλαβε τὸν χρησμὸν τοῦτον “Κροῖσος C
 ὁ βασιλεὺς Ἄλυν ποταμὸν διαβάς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει.” καὶ
 γράψας τὸν χρησμὸν τοῦτον ἐν διπτύχῳ ἀπέλυσε πρὸς Κροῖσον.
 ὁ δὲ προφήτης Δανιὴλ ἦλθε πρὸς τὸν βασιλέα Κῦρον, καὶ λέγει
 αὐτῷ Κῦρος “εἰπέ μοι εἰ νικῶ Κροῖσον τὸν βασιλέα Αὐδῶν.” ὁ
 10 δὲ Δανιὴλ ἀνεβάλλετο τοῦ εἰπεῖν. καὶ ἀγανακτήσας κατ’ αὐτοῦ
 Κῦρος ἔβαλεν αὐτόν καὶ οὗτος εἰς τὸν λάκκον τῶν λέόντων, καὶ
 μή τι πεπονθότα ὑπ’ αὐτῶν ἀνήγαγεν αὐτόν. καὶ προσέπεσεν
 αὐτῷ ὁ Κῦρος λέγων “ἡμαρτον εἰς σέ, ἀλλ’ εὖξαι τῷ θεῷ καὶ
 εἰπέ μοι εἰ δύναμαι πολεμῆσαι τῷ ἀρπαγι τοῦτῳ καὶ ὑπερηφάνῳ D
 15 Κροῖσῳ, ὅτι πᾶσαν τὴν γῆν ὑπέταξε καὶ οὐ κορέννυται.” καὶ ὁ
 Δανιὴλ εὐξάμενος εἶπεν αὐτῷ “καὶ νικᾷς τὸν Κροῖσον καὶ λαμβά-
 νεις αὐτὸν αἰχμάλωτον· περὶ σοῦ γὰρ εἶπεν ὁ θεὸς ὁ ποιήσας
 πάντα τὰ ὀρώμενα ταῦτα, διὰ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου· οὕτως
 λέγει κύριος ὁ θεὸς τῷ χριστῷ μου Κῦρῳ, οὗ ἐκράτησα τῆς
 20 δεξιᾶς αὐτοῦ, ἐπακοῦσαι ἔμπροσθεν αὐτοῦ Ἔθνη, καὶ ἰσχυρὸν βασι-
 λέων διαρρήξω· ἀνοίξω ἔμπροσθεν αὐτῷ, πορεύσομαι καὶ ὄμα-
 λιῷ, καὶ θύρας χαλκᾶς συντρέψω, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συν-
 θλάσω, καὶ θησαυροὺς ἀοράτους ἀνοίξω σοι, ἵνα γινῶς ὅτι ἐγὼ

tabula scriptam tradidit. Lydi attoniti rei miraculo sacerdoti reliqua etiam regia dona obtulerunt: exposueruntque missos se a Croeso rege, qui bellum contra Cyrum regem Persarum haberet: interrogaret ergo deum an Croesus victoria maneret. ingressus in sacrarium sacerdos et precatas hoc oraculum rettulit:

Croesus Halyn penetrans magnam pervertet opum vim. idque in tabula scriptum exhibens legatos ad Croesum dimisit. Danielus vero ad Cyrum est profectus; ab eoque interrogatus an Croesum esset victurus, cum responsum differret, indignantis regis iussu est in foveam leonum projectus. nihil a leonibus mali passum Cyrus educi iussit; genibusque eius advolatus, peccatumque suum confessus, oravit uti deo invocato sibi diceret an bellum gerere posset contra Croesum, raptorem illum atque superbum regem, qui omni terra suo regno subingata, tamen contentus non esset. Danielus deo invocato ita respondit Cyro “et vinces Croesum, et eum captivum habebis. sic enim de te deus, qui, quaecumque videntur, omnia creavit, ore Isaiae vatis pronuntiavit. haec dixit dominus Cyro uncto meo, cuius dextram apprehendi, ut ei gentes subdam, pertrampam robur regum, aeriam ianus ante eum: praecedam eum, et complanabo montes; fores aereas conteram, et vectes ferreas confringam. aeriam tibi thesauros nunquam visos, ut cognoscas me

- P 138 κύριος ὁ θεός. ἐγὼ ἐγερωῶ αὐτὸν μετὰ δικαιοσύνης· πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ εὐθραῖαι. οὗτος οἰκοδομήσει τὴν πόλιν μου, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ μου ἀποστρέψει, οὐ μετὰ λύτρων, οὐ μετὰ δώρων. εἶπε κύριος Σαβαώθ.” ὁ δὲ βασιλεὺς Κῦρος ἀκούσας ἔπεσεν εἰς τοὺς πόδας τοῦ Δανιήλ, λέγων “ἕξ κύριος ὁ θεός σου, 5 ἐγὼ ἀπολύσω ἐκ τῆς γῆς μου τὸν Ἰσραήλ, ἵνα λατρεύσωσι τῷ θεῷ αὐτῶν ἐν Ἱεροσολύμοις.” καὶ ὄπισθ' αὐτοῦ παρετάξατο τῷ Κροίσῳ. ὁ δὲ Κροίσος ἀκούσας τὴν τοῦ χρησμοῦ ἀπόκρισιν ἐξῆλθε κατὰ Κύρου μετὰ δυνάμειος πολλῆς, καὶ παρελθὼν τὸν Ἄλυν ποταμὸν τῆς Καππαδοκίας συνέκρουσε τῷ Κύρῳ, χειμῶνος ὄντος πολλοῦ. 10
- B καὶ ἤτηθεις ἠθέλησε φυγεῖν, πλημμυρῆσαντος δὲ τοῦ ποταμοῦ οὐκ ἠδυνήθη καὶ ἐλήφθη αἰχμαλώτως. καὶ ἀπώλετο τὰ πλήθη αὐτοῦ, χιλιάδες τετρακόσιοι. τοὺς δὲ ὑπολειφθέντας ἅμα τῷ Κροίσῳ ἔλαβεν αἰχμαλώτους ὁ Κῦρος. καὶ στήσας αὐτὸν ἐν ξυλίνῳ τρίποδι, ἐν ὕψει δεδεμένον, ἐθροιάμβυσεν αὐτὸν καὶ κατῆ- 15 γαγεν ἐν Περσίδι. ὁ αὐτὸς Κῦρος ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἀπέλυσε πάντας ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα μετὰ Ζοροβάβελ, καθὼς προεῖπεν ὁ λόγος δηλώσει. οὐκ ἠθέλησαν δὲ ἐξελεῖν οἱ Ἰουδαῖοι πάντες μετὰ Ζοροβάβελ, εἰ μὴ σκῆπτρα δύο ἤμισον μόνον, ὡσεὶ χιλιάδες πενήκοντα. ἔμειναν δὲ εἰς τὰ Περσικὰ ἴδια 20
- C προαιρέσει σκῆπτρα ἑννέα ἤμισον, φοβηθέντες τὰ ἔθνη τὰ περὶ τῆς Ἰουδαϊκῆς χώρας. ἀπέλυσε δὲ αὐτοὺς τοῦ Δανιήλ αἰτησάμενον.

Μετὰ δὲ τὸ ἀπολέσθαι τὴν βασιλείαν Αὐδῶν οἱ Σάμιοι

esse deum dominum. ego eum excitavi iustitia praeditum: omnes eius viae rectae. ipse urbem meam aedificabit, et populum meum captivum in libertatem ac patriam restituet, non accepto pretio aut mercede, ait dominus exercituum.” his auditis Cyrus ad pedes Danieli concidit, iuravitque per vitam dei se populum Israelicum ex sua ditione dimissurum, ut is Hierosolymis deo suo cultum exhibeat. simul exercitu armato adversus Croesum duxit. sed Croesus oraculi responso accepto cum magnis copiis contra Cyrum est profectus, amnemque Cappadociae Halyn traiecit, multa tum hieme. ceterum commisso praelio Croesus victus, cum fugam tentaret, impeditus amnis exundatione vivus in hostium potestatem venit. quadringenta milia de Croesi exercitu caesa sunt, reliqui cum eo capti. eum in ligneo tripode collocatum Cyrus in triumpho in Persidem abduxit. idem Cyrus omnes Israelicos captivos dimisit, ut duce Zorobabelo Ierusalemam repeterent, sicut suo loco dicitur. noluerunt autem universi Iudaei cum Zorobabelo in patriam redire, sed eum tantum duae tribus ac dimidia secutae sunt. reliquae 9 s. tribus ultro in Persia manserunt, metu gentium Iudaeae circumiectarum. dimisit autem Iudaeos Cyrus Danieli rogatu.

Regno Lydorum everso Samii maris imperio potiti istis regionibus

Θαλασσοκρατοῦντες ἐβασίλευσαν τῶν μερῶν ἐκείνων. καὶ ἀκούσας μετὰ χρόνον ὁ Κύρος ἐπιστρέψαι κατ' αὐτῶν. καὶ συμβαλὼν αὐτοῖς ναυμαχίᾳ ἠττήθη καὶ ἔφυγε, καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ ἐσφάγη. περὶ οὗ πολέμου Κύρου καὶ Σαμίων Πυθαγόρας ὁ Σάμιος συνεγράψατο· ὃς καὶ εἶπεν αὐτὸν ἐκεῖ τεθνάναι εἰς τὸν πόλεμον.

Μετὰ δὲ τὴν βασιλείαν Κύρου ὁ υἱὸς αὐτοῦ Δαρείος ὁ καὶ Καμβύσης καὶ οἱ λοιποὶ ἐβασίλευσαν Ἀσσυρίων. ἐπὶ τῶν χρόνων οὗ τῆς βασιλείας τοῦ τοιοῦτου Δαρείου ἐφιλοσόφει παρ' Ἑλλή-
 10 σιν Ἀναξίμανδρος, ὃς καὶ τὰς ἰσημερίας καὶ τὰς τροπὰς ἐξέθετο. Δ ἀλλὰ καὶ Πυθαγόρας τὴν ἀριθμητικὴν συνεγράψατο, καὶ δόγμα παρεισηγάγει Ἑλλήσιν ἀσωμάτους εἶναι ἀρχάς. ἐν δὲ τῇ βασιλείᾳ Δαρείου υἱοῦ Κύρου πόλεμος ἐκινήθη ἀπὸ τῶν Αἰθίοπων κατ' αὐτοῦ, οἵτινες κακῶς αὐτὸν ἔφερον. ὅπερ γινόντες οἱ ἐν τῇ Μη-
 15 διανῇ χώρα κατοικοῦντες Ἰουδαῖοι ἀφέντες κατέλαβον τὴν Ἱερουσαλήμ· ἣν δὲ πληθὸς πολλὴ τῶν Ἰουδαίων. καὶ μαθὼν τοῦτο Δαρείος ὁ Κύρου ἀπέστειλε στρατηγὸν αὐτοῦ, ὀνόματι Ὀλοφέρνην, μετὰ δυνάμειος πολλῆς εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα κατὰ Ἰουδαίων· καὶ P 139 ἐπολιόρκει τὴν Ἱερουσαλήμ. καὶ συνέβη τι φοβερὸν τότε γενέσθαι.
 20 Ἰουδῆθ γὰρ Ἑβραῖα ἐμηχανήσατο κατὰ τοῦ Πέρσου Ὀλοφέρνηου προσποιητῶς ὡς τὸ ἔθνος τῶν Ἰουδαίων θέλουσα προδοῦναι· ἥτις καὶ παρεγένετο κρυπτομένη πρὸς Ὀλοφέρνην, ὃς ἑωρακῶς τὴν εὐμορφίαν αὐτῆς εἰς ἔρωτα ἔπεσεν αὐτῆς. ἣ δὲ λέγει αὐτῷ ἡμεῖς ἐλάσῃς ἐνταῦθα ἕγγιστά σου εἶναι δι' ἐμέ· ἐπέρχονται γάρ μοι,

imperaverunt. quod cum postea temporis Cyrus cognovisset, expeditionem adversus Samios fecit; ab iisque navali pugna victus, cum in suum regnum fuga pervenisset, ibi interfectus est. huius inter Cyrum ac Samios belli historiam conscripsit Pythagoras Samius; qui et hoc habet, in ipso bello Cyrum occubuisse.

Cyro successit Darius filius, qui et Cambyses cognominatur; ac reliqui ordine, alius alii successi, regnum in Assyrios tenuerunt. hoc Dario regnante apud Graecos Anaximander philosophatus est, qui aequinoctia ac solstitia exposuit. quin etiam Pythagoras arithmetica conscripsit, auctorque Graecis fuit opinionis de principiis incorporeis. idem rex ab Aethiopibus bello impetitus graviterque vexatus est. quod cum animadvertissent Iudaei qui in Media habitabant captivi, quorum ingens erat multitudo, eo deserto Hierosolyma occupaverunt. Darius Cyri ubi ea de re certior factus est, Olophernem cum magno exercitu contra Hierosolymam et Iudaeos misit, atque is Hierosolymam obsedit. eo tempore terribile facinus est factum. Iuditha enim Ebraica mulier, invidias Olopherni tendens Persae, clam ad eum se contulit, simulans se gentem Iudaeam velle prodere. barbarus pulchritudine eius captus, amore statim correptus est. at vero Iuditha eum monere ne quem sse-

πορνεύσαι με βουλόμενοι." και πεισθεις μόνος διήγε μετ' αὐτῆς. τρεῖς δ' ἐκεῖ αὕτη προσκαρτερήσασα ἡμέρας, ὡς καθεύδει, ἰσχύ-
B σασα τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀφείλετο, και νυκτὸς κατὰ τὸ εἰωθὸς, δι' οὗ ἀπήρχετο πρὸς αὐτὸν παρατυλλίον, εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα εἰσελθούσα τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀπήγαγε· πλησίον γὰρ τοῦ τείχους 5 δι' αὐτὴν τὸν πατυλεῶνα αὐτοῦ ἔστησε. λαβόντες οὖν οἱ Ἰουδαῖοι παρ' αὐτῆς τὴν κεφαλὴν τοῦ Ὀλοφέρνηου εἰς κοντὸν ἄνω τοῦ τείχους ἐπήξαν, ἐπιδεικνύντες αὐτὴν τῷ στρατῷ αὐτοῦ. πρῶτας δὲ γενομένης ἐωρακότες τὴν κεφαλὴν Ὀλοφέρνηου κοντευθεῖσαν ἔφυγον ἅπαντες, και διελύθη ὁ πόλεμος, και ἔλαβον τὴν νίκην οἱ 10 Ἰουδαῖοι κατὰ τῶν Περσῶν.

Μετὰ δὲ Δαρεῖον ἐβασίλευσεν Ἀσσυρίων Ἀρταξέρξης. και Νεεμίας Ἰουδαῖος ἐκ τοῦ σπέρματος Δαβὶδ, ὃς παρρησίαν ἔχων πρὸς αὐτόν (ἡγάπα γὰρ αὐτόν, ὅτι και ἀρχὴν ἐνούχων οὗτος ἐποίησεν), ἐδυσώπησεν αὐτόν· και λαβὼν χρήματι πολλὰ ἔπεισεν 15
C αὐτόν ἀπελθεῖν και κτίσαι τὴν Ἱερουσαλήμ πορθηθεῖσαν· πρώτη γὰρ αὕτη τῆς Ἱερουσαλήμ ἄλωσις ἦν και τοῦ ἱεροῦ καταστροφή· ὁ δὲ Νεεμίας ἀπολυθεὶς ἦλθεν εἰς Ἱερουσαλήμ και ἀνήγειρεν αὐτήν· ἔκειτο γὰρ ἔρημος ἕτη σ'. ὁ δὲ αὐτὸς Ἀρταξέρξης παρακληθεὶς ὑπὸ τινων τῶν τῆς συγκλήτου αὐτοῦ και τοὺς ὑπολόβους 20 Ἰουδαίους ἀπέλυσε. και ὃς ἂν ἐβουλήθη τότε ἀελθεῖν εἰς τὴν Ἱερουσαλήμ, ἀνήλθε μετὰ Ἐσδρα τοῦ προφήτου και ἡγουμένου, ᾧ τινὲ και τὰ ἱερατικὰ σκεύη ἀνέθετο και τὰς βίβλους τὰς ἱερατι-

6 παρατυλλεῶνα P

rum circa se haberet. se enim ab iis de stupro appellari. Olophernes fidem mulieri adhibens solus cum ea vixit. ipsa triduo ita tolerata, nocte capta occasione dormientis caput amputavit; ac more suo per portulam egressa qua ad ipsum ventitaverat, Hierosolyma caput eius portulit: nam portulam Iudithae causa urbi vicinam barbarus fecerat. Iudaei Olophernis caput conto impactum de muro extulerunt, id exercitui hostili ostendentes. sub auroram Persae viso ducis capite in conto exstante fugam fecerunt, ac soluta obsidione victoria penes Iudaeos fuit.

Post Darium Artaxerxes regnum in Assyriis tenuit. existit tunc Neemias Iudaeus, a Davide genus ducens. hic regem, quem ipsi libere compellere licebat, cum quidem ab eo diligeretur atque etiam eunuchis esset praefectus, permovit eo ut rex magnam pecuniam ad Hierosolymorum instaurationem largiretur, ipsumque ad eam rem conficiendam dimitteret. primo tum fuerant Hierosolyma diruta templumque eversum. ac urbs desolata iacuerat annos iam 70. Neemias autem dimissus eam instauravit. idem Artaxerxes, instigantibus quibusdam consiliariis, reliquos etiam Iudaeos dimisit; ac qui vulnerunt, ii duce Esdra vate in patriam redierunt. eidem rex etiam sacra vasa et libros sacerdotales

κὰς τὰς ἐπὶθεύσας. ὁ δὲ αὐτὸς Ἔσδρας τῶν μὴ ἐπὶθεύτων βιβλίῳν ἔξ ὑπομνήσεως αὐτοῦ γράφεισθαι ἐποίησι τὴν δύναμιν.

Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις τούτοις ἐβασίλευσεν ἡ Μακεδονία χώρα, D ἐν ἣ πρώτος ἐβασίλευσε Κραναὸς ἔτη κη', καὶ λοιποὶ ἄλλοι βασιλεῖς κ' ἕως Φιλίππου τοῦ πατρὸς Ἀλεξάνδρου. ἦσαν δὲ τότε Ἑλλήνων διδάσκαλοι καὶ ποιηταὶ Σοφοκλῆς, Ἡράκλειτος, Εὐριπίδης, Ἡρόδοτος, Σωκράτης καὶ ὁ μέγας Πυθαγόρας. ἦν δὲ ὁ Ἡρακλῆς γεννηθεὶς ἐν τοῖς ἀνωτέρω προειρημένοις χρόνοις, ἐν τῇ Λάτῳ τῆς Θήβης, ἐκ τοῦ γένους τῆς Ἀλκμήνης ὑπάρχον καὶ 10 τοῦ Πίλου Διός· ὃς ἀνεγράφη ἐν τῇ Ἰσπανίᾳ χώρα, καὶ ἀνδρείος γενόμενος ἦν τότε ἀπὸ τῶν Ἰσπανῶν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν φυγὼν, καὶ ἐβασίλευσεν ἐν αὐτῇ ἔτη λη'. ὅστις ἔλαβε γυναῖκα τὴν Λύβην P 140 τὴν Ἀτλέτου βασιλέως θυγατέρα· ὅθεν καὶ στήλας ἀπὸ χροσσοσφυρήτους ἀνέστησαν οἱ Ἰταλοὶ βασιλεῖς εἰ' ὅν ῥήγες ἐκ τοῦ γένους αὐτοῦ, αἵτινες στήλαι μέχρι τοῦ παρόντος ἴστανται. τῆς δὲ Ἰταλίας ἐβασίλευσεν ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἀπὸ τῆς Λύβης, Τελέφος, καὶ μετ' αὐτὸν υἱὸς αὐτοῦ Αὐτίνος ἔτη ιη', ὃς τοὺς Κρητιλοὺς ἐπώνυμασε Αὐτίνους.

Τότε Αἰνείας ὁ τοῦ Ἀγγίλου, ὁ Φωῆς, φύγων ἐκ τῆς πόρ- 20 θήσεως τῆς Ἰλίου ἀνήλθεν ἐν τῇ Λιβύῃ πρὸς τὴν Φοινισσαν Διδῶ τὴν καὶ Ἐλισσαν. καὶ ἐνδιατρέψας ἐκεῖ, λάθρα ἕως αὐτῆν, φοβηθεὶς τὸν Ἰάμβαν βασιλέα τῆς Ἀφρικῆς ἔφυγεν. ἦν δὲ ἡ B Διδῶ ἐκ μικρῆς πόλεως Χυρτικῆς, τῆς Φοινίκης παραλλῆλος οὖσης,

tradidit. idem Esdra eorum librorum qui non exstabant ex memoria sua describendi copiam fecit.

Et tempore in Macedonia regnum fuit. id primus Cranaus annos 23 tenuit. inde alii 23 reges usque ad Philippum Alexandri patrem. erant tunc Graecorum doctores atque poetae Sophocles Heraclitus Euripides Herodotus Socrates et magnus iste Pythagoras. et erat Hercules, supra commemoratis temporibus natus in Lato Thebarum, prognatus Alcmena et Pico Iove. is Hercules in Hispania educatus, cum virilis esset, ex Hispania profugus, tunc in Italiam venit, in eaque regnum annos 38 tenuit. is accepit uxorem Lytham, Aletae regis filiam. itaque ei Itali reges ab ipso procreati columnas ex auro ductas posuerunt, quae etiamnum stant. post ipsum Italiae regnum tenuit ipsius ex Auga filius Telephus; et post hunc Latinus filius annos 18, qui Cictaeis nomen Latinorum fecit.

Et regnante Aeneas Anchisae filius Phryx ab excidio Troiae fugiens in Africa pervenit ad Didonem Phoenissam mulierem, quae et Elia dicitur; ibique cum aliquamdiu esset commoratus, ab Iarba rege Africae sibi metuens, clam relicta Didone aufugit. erat Dido oriunda Charticha, exigua et maritima Phoeniciae urbe, quae fines Tyri ac Si-

μεταξὺ τῶν ὄριων Τύρου καὶ Σιδῶνος· ἦτις Διδῶ ἦν πλουσιω-
τάτη, ἔχουσα ἄνδρα Σιχαίον, ὃν ἐφόνευσεν ἐν κνηγεσίᾳ ὁ ἀδελ-
φὸς τῆς Διδούς ὁ Πυγμαλλίων, διαφθονούμενος αὐτῷ ὡς πολυευ-
πύρω καὶ δυνάστη. καταδιώκοντες γὰρ σύαγρον ἔφιπποι, ἤλασεν
ἐκ τῶν ὀπισθεν κατ' αὐτοῦ τὸ δόρυ καὶ ἀπέκτεινε, καὶ λαβὼν τὸ
σῶμα αὐτοῦ ἔρριψε κατὰ τοῦ κρημνοῦ. καὶ ὑποστρέψας εἶπε τοῖς
διαφέρουσιν αὐτῷ ὅτι ἐκρημνίσθη διώκων τὸν σύαγρον. ἐβούλετο
δὲ ὁ αὐτὸς Πυγμαλλίων καὶ τὴν ἰδίαν ἀδελφὴν διαχειρίσασθαι καὶ
C λαβεῖν τὰ χρήματα αὐτῆς· ἢ τινὶ Διδοῖ ἐφάνη ὁ ἀνὴρ αὐτῆς Σι-
χαῖος ἐν ὄραματι, καὶ εἶπεν ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἐφόνευσέ με, δι-
10 ξας αὐτῇ καὶ τὸν τόπον τῆς πληγῆς. καὶ εἶπεν αὐτῇ “φύγε, μὴ
καὶ σὲ φονεύσῃ.” καὶ λοιπὸν ἡ αὐτὴ Διδῶ λαθοῦσα τὸν ἴδιον
ἀδελφὸν ἀτελέσθη πάντα χρήματα αὐτῆς, καὶ ἐμβῆσα εἰς πλοῖον
ἀπέπλευσεν ἐκ τῆς Φοινίκης, καὶ ἤλθεν εἰς τὴν Λιβύην, καὶ κτί-
ζει τὴν Χαρτάγαιναν, ἣτις ἐστὶ Νεάπολις· καὶ ἐβασίλευσεν ἐν αὐ-
15 τῇ, καὶ τελευτῆ σωφρόνως ζήσασα.

‘Ο δὲ Διομήδης ἐπῆρχεν ἐξ Αἰτωλίας, φέρων τὸ γένος ἐκ
τοῦ Οἰνέως, ὅστις Οἰνέος μετὰ τελευτῆν Ἐριβόλας ἠγάγετο τὴν
Ἄλθαϊαν, ἐξ ἧς ἔσχε τὸν Μελέαγρον καὶ τὴν Δηϊάνειραν, ἦντινα
D ἤρμησαστο Ἀχελῷος ὁ υἱὸς Ποσειδωνίου συγκλητικῶ. ὁ γοῦν 20
Ἀχελῷος πρὸ τοῦ γάμου ἔφθειρε τὴν Δηϊάνειραν λάθρᾳ, καὶ μετὰ
ταῦτα λέγει τῷ Οἰνεί βασιλεῖ “οὐκ ἄλλως παραλαμβάνω ταύτην,
εἰ μὴ παραχωρήσεις μοι διοικεῖν τὴν βασιλείαν σου.” ὁ δὲ οὐκ
ἐπέισθη. καὶ λοιπὸν σὺν τῷ ἰδίῳ πατρὶ ἀντήρην ὁ Ἀχελῷος ὁ

domis interiacet. amplissimis autem praedita opibus maritum habebat
Sichaeum; cuius divitiis atque potentiae invidens Pygmalion Didonis
frater eum in venatione, cum equites una aprum persequerentur, hasta
in tergem coniecta interficit, corpusque de praecipitio deturbans, domum
reversus necessarii eius rettulit eum, dum aprum insequitur, praecipit-
tum actum periisse. quin et sororis suae vitae Pygmalion fortunisque
insidiabatur. sed Sichaeus uxori per insomnium visus ab ipsius fratre
se necatum indicavit, monstrato etiam vulneris loco, ipsamque fuga sibi
consulere, ne idem eveniret, monuit. proinde Dido clam fratre navim
ingressa omnibusque suis impositis divitiis a Phoenicia solvit, inque
Africam delata Carthaginem, quae est Neapolis, condidit, regnoque ibi
functa et vita pudice exacta decessit.

Diomedes porro Aetolus fuit, genus ab Oeneo ducens. is Oeneus
mortua Eriboea Althaeam sibi matrimonio copulavit, sustulitque ex ea
Meleagrum et Deianiram. hanc cum Achelous Posidonii senatoris filius
despondisset, ante nuptias occulte vitiavit, ac deinde regi Oeneo dixit
se eam non alia condicione ducturam quam sibi ut regni administratio-

υῖος Ποσειδωνίου τῷ Οἰνεῖ καὶ ἐπολέμησεν αὐτῷ. καὶ ἀναγκα-
 σθῆεις ὁ Οἰνέος προετρέψατο ἐκ τῆς Θῳρίας χώρας στρατηγὸν γεν-
 ναῖον Ἡρακλέα τὸν λεγόμενον Πολύφημον, συνταξάμενος δοῦναι
 αὐτῷ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Ἀηϊάνειραν· ὃς ἔλθων μετὰ τῆς αὐτοῦ
 5 στρατιᾶς συνέβαλε πῶλεμον μετὰ Ποσειδωνίου καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ
 Ἀχελῷου, καὶ εἰς τὴν συμβολὴν ἀνείλε ξίφει ὁ Πολύφημος Ποσει-
 δώνιον τὸν Ἀχελῷου πατέρα. διὰ τοῦτο ἐξέθεντο οἱ ποιηταὶ ὅτι P 141
 τὸ κέρασ τοῦ Ἀχελῷου ἀπέσπασεν ὁ Ἡρακλῆς, ὑπερ ἔστι τὴν πα-
 τρικὴν αὐτοῦ δύναμιν. ἔωρακῶς οὖν τὴν πτώσιν τοῦ ἰδίου πατρὸς
 10 ὁ Ἀχελῷος φεύγει ἔφιππος· διὸ καὶ γράφουσιν αὐτὸν ἵπποκένταυ-
 ρον. καὶ ἐν τῷ καταδιώκειν αὐτὸν τὸν Πολύφημον Ἡρακλέα ἐπι-
 στραφεὶς τοξέυει αὐτὸν ὁ Ἀχελῷος κατὰ τοῦ μαστοῦ. καὶ εὐθέως
 ὡς εἶχεν ὁ Ἡρακλῆς, ἀντετόξευσε τὸν Ἀχελῷον πλησίον τοῦ πο-
 ταμοῦ Εὐθήρου. ὁ δὲ Ἀχελῷος ἐνήκεν ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ ἵππου εἰς
 15 τὰ ρεῖθρα τοῦ ποταμοῦ καὶ ἀπώλετο· καὶ ἐξ ἐκείνου μετεκλήθη
 ὁ ποταμὸς Ἀχελῷος. ὁ δὲ Πολύφημος Ἡρακλῆς ἐκ τῆς πληγῆς
 τοῦ μαστοῦ αὐτοῦ μετ' ὀλίγας ἡμέρας τελευτᾷ.

Μελέαγρος δὲ ὁ υἱὸς Οἰνέως, ἀδελφὸς τοῦ Τυδέως καὶ B
 Ἀηϊάνειρας, ἐποίησεν ἄθλον μέγαν, φονεύσας κάπρον ὃς ἐλυμαι-
 20 νετο τὴν χώραν ἐκείνην πᾶσαν, τῆς κυνηγέτιδος Ἀταλάντης προ-
 βολούσης τόξῳ τὸν σύαγρον. καὶ μετὰ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ θηρὸς
 τὸ δέγμα αὐτοῦ τῇ Ἀταλάντῃ Μελέαγρος ἐχυρίσατο, εἰς ἔρωτα
 ταύτης βληθεὶς. ἀπελθὼν δὲ ὁ Μελέαγρος εἰς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα
 Οἰνέα ἀπῆγγετο παρ' αὐτοῦ τὰ νικητήρια τοῦ θηρὸς. καὶ μωδῶν

nem socer concedat; ac tandem cum patre suo regi Oeneo abnuenti bel-
 lum fecit. necessitate adactus Oeneus ex Phthia regione Herculem co-
 gnomento Polyphemum, ducem praeclarum, evocavit, pollicitus ei filiae
 suae Deianirae coniugium. is cum exercitu suo veniens bellum Posido-
 nio eiusque filio Acheloo intulit, Posidoniumque in pugna gladio obtun-
 cavit. inde poetae commentum sunt Herculem Acheloi cornua avellisse,
 nimirum patriam potentiam. Achelous patris nece conspecta eques fugam
 facit (ideo eum Hippocentaurum fuisse scribunt), Herculemque sibi in-
 stantem conversus sagitta ad mammillam sauciat; ac confestim ab Her-
 cule vicissim sagitta petitus, ab equo se in Eueni amnis undas demittit
 ibique perit: ab eo fluvius mutato nomine Achelous appellari cepit,
 ceterum Hercules Polyphemus ex vulnere mammae paucis post diebus
 interit.

Meleager autem Oenei filius Tydei et Deianirae frater magnum cer-
 tamen obivit apro interfecto, qui totam eam regionem vastabat, cum
 quidem venatrix Atalanta eum aprum sagitta ferire occupasset. itaque
 Meleager Atalantas, cuius amore iam erat captus, interfecti aprum exu-
 vium dono dedit. reversus ad patrem suum Oeneum Meleager ab eo
 ferae devictae pellem poscitur. cum vero pater intelliceret Meleagram

δι τῇ Ἀταλάντῃ τὸ δέριμα ἐχαρίσατο, ὀργισθεὶς κατ' αὐτοῦ ἔλαβεν ὃν ἐφύλαττε θάλλον τῆς ἑλαιᾶς ἢ Ἀλθαία, ὅντινα θάλλον τῆς ἑλαιᾶς ἔγκυος οὖσα ἢ Ἀλθαία ἐπιθνήσασα ἔφαγε, καὶ κατα-
C πιοῦσα τὸ φύλλον τῆς ἑλαιᾶς εὐθὺς συνέτεκε τὸ τῆς ἑλαιᾶς φύλλον τῷ Μελεάγρῳ. περὶ οὗ χρησμὸς ἐδόθη τῷ πατρὶ αὐτοῦ Οἰνεῖ, 5
 τοσοῦτον χρόνον ζῆσαι τὸν Μελεάγρον ὅσον χρόνον φυλάττεται τὸ φύλλον τῆς ἑλαιᾶς τὸ συγγενηθὲν αὐτῷ. ὅπερ φύλλον ἔκαυσεν ὁ Οἰνεὺς ἀγανακτήσας κατὰ τοῦ ἰδίου νιοῦ, καὶ παραχρῆμα ἐτελεύτα. καὶ ὁ Εὐριπίδης δὲ δρᾶμα περὶ Μελεάγρου ἐξέθετο.

Μετὰ δὲ τὴν βασιλείαν τοῦ Οἰνέως ἐβασίλευσε τῆς Αἰτωλίας 10
 χώρας ὁ ἕτερος υἱὸς αὐτοῦ ὁ Τυδεύς, ὁ πατὴρ Διομήδους, ὃς μετὰ τελευτὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐβασίλευσε τῆς τῶν Ἀργείων
 χώρας, ἀγαθόμενος ἐκ τοῦ Ἄργου γυναικα ὀνόματι Αἰγιάλειαν.
D καὶ ἀπονοηθεὶς κατέλυσε πολέμῳ τὴν ἰδίαν αὐτοῦ χώραν καὶ βα-
 σιλείαν, ποιήσας αὐτὴν ὑπὸ τὴν τῶν Ἀργείων βασιλείαν· καὶ εὐ- 15
 θὺς ἐξώρμησε μετὰ τῶν Ἀχαιῶν ἐπὶ τὸ Ἴλιον. καὶ ἐπανελθὼν ἀπὸ τῆς Τροίας ἐπὶ τὸ ἴδιον βασιλεῖον οὐκ ἰδέχθη ὑπὸ τῶν αὐτοῦ.
 μαθὼν δὲ ὅτι ἡ γυνὴ αὐτοῦ Αἰγιάλεια κατασκευάζει αὐτῷ δόλον ὡς πορνευθεῖσα ὑπὸ τοῦ Κόμητος τοῦ συγκλητικοῦ αὐτῆς, ὅστις
 καὶ ἀνθίστατο αὐτῷ κραταιῶς ἅμα τῷ νιῷ Ναυπλίου τῷ Αἶακι τὰ 20
 ὁμοια φωραθέντι, οἱ διὰ τὸν πρὸς αὐτὴν ἔρωτα πολλῶ σθένει ἀντεμάχουν αὐτῷ, ἰδὼν δὲ τούτους καὶ πᾶσαν τὴν Ἀργείαν χώραν ἀνθισταμένην αὐτῷ, καὶ μηδὲ εἰς τὴν ἰδίαν χώραν τὴν Αἰτωλίαν δυνάμενος ἀνελθεῖν, ἀνεχώρησεν ἀποπλεύσας ἐπὶ τὴν Καλαβρίαν

eam Atalantae dono dedisse, oleae frondem quam Althaea asservabat (cum ferret uterum Althaea, cupiditate adducta frondem oleae devoraverat, eamque partu una cum Meleagro ediderat: Oeneo autem oraculum erat datum tandiu victurum Meleagrum, quamdiu frons oleae eodem partu edita asservaretur) hanc igitur frondem Oeneus iratus cremavit, statimque mortuus est Meleager. edidit de Meleagro tragoediam Euripides.

Aetoliae Oeneo in regnum successit alter filius Tydeus, pater Diomedis. Diomedes mortuo patre in Argivos regnum tenuit, Argiva uxore Aegialea ducta; insaniaque concitus Aetoliam et regnum suum armis Argivo regno subdidit. inde statim cum Achaeis est ad Ilium profectus. reversus autem a Troia in regnum suum non est receptus a suis. cumque sentiret dolum sibi ab uxore Aegialea neoti (ea enim stuprata erat a Comete, suo consiliario; atque is Comes unaque eiusdem flagitii manifestus Ajax Nauplii filius propter Aegialeae amorem summa ope Diomedem repugnabant) et cum hos quos dixi, omnesque Argivos sibi resistere cerneret, neque in Aetoliam presso sibi redire esset integrum, in

χώραν, καὶ κτίζει πόλιν ἐκεῖ παράλιον, ἣν ὠνόμασεν Ἀργυρίππην, τὴν νυνὶ Βενεβεντόν.

- Ἵτι ὁ Μῆδος Δαρείος καὶ Ἀρταξέρξης καὶ Ἀστυάγης καὶ P 142
 Ναβουγαδός ἐλέγετο. φασὶ δὲ αὐτὸν ὄνου ἔχειν ὤτα· πάππος δὲ
 5 ἦν Κύρον. οὗτος ἐξέχθη τῇ Ἑσθῆρ διὰ κάλλος, καὶ τὸν Δανιὴλ
 ἐν μεγιστῶσι κατέστησε. συσκευῆς δὲ ὑπὸ τῶν μεγιστάνων κατὰ
 Δανιὴλ γενομένης ἐν τῷ λάκκῳ αὐτὸν τῶν λέόντων ἐνέβαλεν· οὗ
 διασωθέντος ἐκείνου τροφή τοῖς λέουσιν ἐμβληθέντες γέγονασι.
 τοῦτον τὸν Δαρείον Κύρος ὁ Πέρσης ἀνελὼν τριάκοντα δύο ἔτη
 10 Βαβυλώνας ἐκράτησεν. ἐφ' οὗ Κροῖσος ὁ Ἀνδός τῷ τε πολλῷ
 χρυσῷ καὶ ταῖς νίκαις ἐπαρθεὶς δηλοῖ τῷ Κέρῳ ἢ παραχωρήσαι
 τούτῳ τῆς βασιλείας Περσῶν, ἢ προσδέχασθαι τοῦτον εἰς πόλε-
 μον. Κύρος δὲ τὸν Δανιὴλ εἰσκαλεσάμενος ἤκουσε παρεγγυῶντος B
 15 λαῶν τὸν λαὸν Ἰσραὴλ ἀποστρέψεις. ἐπὶ αὐτοῦ τὰ κατὰ τὸν Μαρ-
 δοχαῖον καὶ Ἀμὰν καὶ ἡ διὰ τῆς Ἑσθῆρ ἀπολύτρωσις τῶν Ἑβραίων.
 ἐπὶ αὐτοῦ Δανιὴλ τὰς διὰ τοῦ Γαβριὴλ ὀπτασίας εἶδε, καὶ τὸν
 χρόνον τῆς παρουσίας τοῦ κυρίου ἑμαθε. κατὰ τούτους τοὺς χρό-
 νους καὶ Σίβυλλα ἐν Σάμῳ ἐγνωρίζετο.
- 20 Κύρον τὸ πρῶτον ἔτος κόσμου ἦν δ' 3798. οὗτος ὁ Κύρος
 αἰχμαλωτεύσας πολλοὺς βασιλεῖς καὶ ἔχων αὐτοὺς ἐν φυλακῇ
 προσέταξε κατὰ ἑορτὴν τοῖς ὤμοις αὐτῶν σύρειν τὸ τετραμίπνον
 ἄρμα, ἐν ᾧ αὐτοὺς ἐπωχεῖτο. εἷς δὲ ἐκ τῶν βασιλέων ἐπιστρέφου- C

Calabriam navigavit, ibique maritimam urbem Argyrippam a se nomina-
 tam condidit, quae nunc Beneventum dicitur.

Darius Medus etiam Artaxerxes appellatus est et Astyages et Na-
 bogiadus. fertur asininas aures habuisse, avus fuit Cyri. idem Esthe-
 ram formae gratia duxit uxorem, ac Danielum inter proceres regni con-
 stituit, eundemque procerum conspiratione circumventum in caveam leo-
 num abiecit; servatoque ipso, adversarii eodem delecti a leonibus vorati
 sunt. hunc Darium cum interfecisset Cyrus Persa, Babylonem annos 32
 tenuit. huic Croesus Lydus, auri et victoriarum multitudine elatus, man-
 davit ut vel regno sibi cederet vel bello congrediretur. Danielus autem
 evocatus Cyro promissit eum de Croeso victoriam reportaturum ac Israe-
 licum populum Hierosolyma remissurum. tunc res Mardochoaei et Amani
 gesta est, et Ebraeis ab Esthera parata salus. tunc Danielo Gabrielus
 visa ostendit, isque tempus adventus domini didicit. tunc et in Samo
 Sibylla innotuit.

Primus annus Cyri annus mundi fuit 4952. hic Cyrus cum multos
 haberet reges captivos et in custodia detineret, solenni quadam festivi-
 tate eos quadrigas quibus invehabatur humeris suis agitare iussit. eo-
 rum quidam crebro respiciens rotas spectavit sursum deorsumque eo

μενος συχνῶς ἑώρα τοὺς τροχοὺς ἀναβαίνοντας. ὃν θεασάμενος ὁ βασιλεὺς καὶ θυμωθεὶς ἤρτετο τίνος χάριν πυκνῶς στρεφόμενος οὐκ εἶ τὸ ἔρμα κατ' εὐθείαν τρέχειν. ὅσπερ μετὰ φόβου ἀπελογήσατο "τοὺς τροχοὺς ὄρων ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας ἐνωῶ τὰ ἄσφατον τοῦ βίου, πῶς τὰ κάτω ἄνω γίνονται καὶ τὰ ἄνω 5 κάτω." ὅπερ ἀκούσας ὁ Κῦρος καὶ αἰσθόμενος ἔλυσεν αὐτόν, καὶ τιμήσας φιλοφρόνως ἀνεβίβασεν ἐν τῷ ἔρματι, καὶ ἐλευθερίας ἤξιωσεν οὐ μόνον αὐτόν ἀλλὰ καὶ τοὺς λοιπούς. οὗτος ὁ Κῦρος Περσῶν καὶ Μήδων Χαλδαίων τε καὶ Ἀσσυρίων, Συρίας καὶ Λυδῶν ἐκράτησεν. 10

D' Οὗτος τὸν Κροῖσον αἰχμαλωτίζει. καὶ θελήσας αὐτόν πυρὶ κατακαῦσαι διὰ Σόλωνα ἐφείσατο τρόπῳ τοιούτῳ. ἀπερχόμενος ὁ Κροῖσος καὶ ἄναι ἀνέκραξεν "ὦ Σόλων, ὦ Σόλων." τοῦτο ἀκούσας ὁ Κῦρος ἐπύθετο τίνος χάριν ὀνομάζει τὸν Σόλωνα, καὶ παρ' αὐτοῦ ἀκούει ὅτι ὅτε αἰχμαλωτεύσας τὸν Σόλωνα ἤνεγκα αὐτόν, 15 καυχώμενος ἐν τῇ δόξῃ μου καὶ ἐν τῷ πλούτῳ τῆς βασιλείας μου εἶπον αὐτῷ "δύνασαι εὐρεῖν ὦ Σόλων εὐδαιμονέστερόν μου;" καὶ εἶρηκέ μοι ὅτι Διογένης ὁ κυνικός εὐδαιμονέστερός σου ἔστι καὶ ἄλλοι πολλοί. ὃν ἀποπεμψάμενος ὡς ἔζηγον, ἀσπίως ἤσθθη P 143 ὅτι πάντα τοῦ κόσμου οὐδὲν εἰσιν. ἴδε γὰρ ὅτι οὐδὲν ὠφελήθη 20 ἐκ τοῦ πλούτου τῆς βασιλείας μου. τῆνικαῦτα αἰσθόμενος ὁ Κῦρος οὐ μόνον αὐτόν ἀτιμώρητον εἶασεν, ἀλλὰ καὶ τιμήσας σύμβουλον προσήκατο καὶ παιδαγωγὸν τοῦ παιδὸς Καμβύσου. οὗτος

circumvertentes. quod cum animadvertisset Cyrus, indignabundus interrogavit quid ita subinde se convertens rectum quadrigarum incessum averteret. is timide respondit se, cum rotas sursum deorsumque volvi cernat, vitae instabilitatem considerare, in qua summa ad imum devolvuntur, ima ad summum evehuntur. hoc audiens Cyrus atque animo reputans eum solvit, ac comiter honore affectum in quadrigas sustulit, libertateque et ipsum et reliquos donavit. hic Cyrus regnum in Persas Medos Chaldaeos Assyrios Syrios et Lydos tenuit.

Idem Cyrus Croeso, quem captum comburere statuerat, propter Solonem pepercit. res ea ita gesta est. Croesus cum iam ad flammam duceretur, exclamavit ο Solon, ο Solon. id Cyrus audiens, causam cur Solonem nominaret requisivit. respondit Croesus se aliquando Soloni, cum eum cepisset, gloriam et divitias regni sui ostentasse, ac interrogasse anne ipso aliquem beatiorum se invenire posse putaret. Solonem vero dixisse Diogenem Cynicum multosque alios ipso esse feliciores. ac tunc quidem a se Solonem ita, ut qui mente captus videretur, fuisse dimissum: nunc autem se experiri, quicquid in mundo est, id nihil esse: nam sibi quidem divitias regni sui nihil profuisse. ibi Cyrus re considerata non supplicio tantum Croesum subtraxit, sed honore etiam affecit, consiliarium sibi eum et filii sui Cambysis magistrum faciens. huic

ὁ Κροῖσος βουλόμενος τῷ Κύρῳ μαχέσασθαι ἤτησε χρησμόν, καὶ λαμβάνει τοιοῦτον "Κροῖσος Ἄλυν διαβάς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει." ὃν μὴ νοηθεὶς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ ἀπώλεσε.

Κῦρος τοίνυν τὸν Κροῖσον ὑποτάξας, τὸν Δανιὴλ συμβιωσάντην διὰ τὴν προφητείαν εἶχε καὶ ὁμοέστιον. καὶ τῷ λαῷ δὲ τὴν ἐπάνοδον μετὰ λαμπροῦ τοῦ κηρύγματος ἐθέτισε. τότε καὶ ὁ Βῆλ ταῖς αὐτοῦ συμβουλαῖς κατεστράφη, καὶ ὁ δράκων τῆ τοῦ Δανιὴλ ἀντανήρηται συνέσει, καὶ οἱ τοῦτου θεραπευταὶ ἀπώλοντο, καὶ αὐτὸς τὸ δεύτερον τῆς τῶν λέοντων ἀμότητος ἐρρύσθη, καὶ οἱ 10 τοῦτον διαβαλόντες ἐν αὐτοῖς ἀντανήρουντο. οὗτος Κῦρος μὲν Ἑλληνιστὶ ἐκαλεῖτο, Ἀρταξέρξης δὲ καὶ Ἀρθασασθᾶς Περσιστὶ τοῦτον τὸν Κῦρον κτείνει ἢ βασιλεὺς Μασσαγετῶν· προσποιησάμενη γὰρ διὰ μηνυμάτων εἶναι αὐτοῦ δούλη, ἐπεμφεν αὐτῷ δῶρα καὶ πρόβατα καὶ οἶνον πολὺν μετὰ ἄσκων, καὶ μεθυσάντων τῶν 15 περὶ τὸν Κῦρον ἐξελθοῦσα σχεδὸν πάντας ἀπέτεινε, καὶ λαβόμενη τοῦ Κύρου ἔβαλε τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ εἰς ἄσκόν, λέγουσα "κορέσθητι, ἀκόρεστε Κύρε."

Μετὰ Βαλτάσαρ τὸν υἱὸν Ναβουχοδονόσορ ἐκράτησε τῆς 20 ἀρχῆς Δυρείος ὁ Ἀστυάγης ἔτη ιζ'· ἐφ' οὗ Δανιὴλ τὸν ἐβδομηκονταετῆ τῆς μετοικεσίας χρόνον διαγινώσκει, καὶ τῶν ἐπτὰ ἐβδομάδων αὐτῷ τὸ μυστήριον ἀποκαλύπτεται. καὶ εἴ τις ἀκριβῶς ἐξετάσαι βουληθῆι τὸν λόγον καὶ διακριθῆσασθαι τοὺς χρόνους, ἀρξάμενος ἀπὸ ἐξόδου λόγων κατὰ τὸν προφήτην τοῦ οἰκοδομηθῆναι Ἱερουσαλήμ, τουτέστιν ἀπὸ Νεεμίου υἱοῦ Ἀγγελῆ τοῦ ἀρχιο-

Croeso, cum Cyro bellum illaturus oraculum poposcisset, sic fuerat responsum "Croesus Halyn penetrans magnam pervertet opum vim." quod ille non intelligens, suum regnum perdidit.

τὸ ἄκρον τῆς γῆς οἰκοῦντες, νόμον ἔχουσι τὸ πατρῶον ἔθος, μὴ πορνείην ἢ μοιχεύειν ἢ κλέπτειν ἢ λοιδορεῖν ἢ φονεύειν ἢ κακοργεῖν τὸ σύνολον. νόμος δὲ παρὰ Βακτριανοῖς ἦτοι Βραχμάναις ἢ ἐκ προγόνων παιδεία καὶ εὐσέβεια, μὴ κρεωφαγεῖν ἢ οἰνοποιεῖν ἢ λαγνεύειν ἢ παντοίαν κακίαν διαπραττεσθαι διὰ πολὺν φόβον θεοῦ καὶ πίστιν, καίτοι γε τῶν παρακειμένων αὐτοῖς Ἰνδῶν τάναντια διαπραττομένων ἀδειῶς. ἐν δὲ τοῖς ἐνδοτέροις μέρεσι τούτων ἀνθρωποβοροῦντες καὶ τοὺς ἐπιξενουμένους ἀναιροῦντες κατασθίουσιν, ὡς Κάβες. ἑτέροις νόμος Χαλδαίοις καὶ Βαβυλωνίοις **B** ἀσελείας ἀνάμεστος καὶ αἰσχροουγίας. ἄλλος δὲ παρὰ Γηλαίοις **10** νόμος, γυναικας γεωργεῖν καὶ οἰκοδομεῖν καὶ τὰ ἀνδρῶν πράττειν, ἀλλὰ καὶ πορνείην ὡς ἂν βούλονται, μὴ κωλυόμενας παντελῶς ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν. ἐν αἷς ὑπάρχουσι καὶ πολεμικώταται καὶ θηρῶσαι τὰ μὴ λίαν ἰσχυρότατα τῶν θηρίων, ἄρχουσι δὲ τῶν οἰκείων ἀνδρῶν καὶ κυριεύουσιν. ἐν Βρεττανίᾳ δὲ πλείστοι ἄνδρες **15** μῆ συγκρατεῦδουσι γυναικὶ καὶ πολλὰ γυναικας ἐνὶ ἑταιρίζονται ἀνδρῶν. Ἀμαζόνες δὲ ἄνδρας οὐκ ἔχουσι, ἀλλ' ὡς τὰ ἄλογα ζῶα ἅπαξ τοῦ ἔτους περὶ τὴν ἑαρινὴν ἰσημερίαν ὑπερόροι γίνονται, **C** καὶ μιγνόμεναι τοῖς γειτνιαῖσιν ἀνδράσι ὡς πανήγυριν τινα καὶ **20** μεγάλην ἑορτὴν τὸν καιρὸν ἐκείνον ἡγοῦνται. ἔξ ὧν καὶ κατὰ γαστροῦ συλλαβοῦσαι παλινδρομοῦσιν οἴκαδε πᾶσαι. τῷ δὲ καιρῷ τῆς ἀποκνήσεως τὸ μὲν ἄρρεν φθείρουσι, τὸ δὲ θῆλυ ζωογονοῦσι καὶ τιθηνοῦσιν ἐπιμελῶς καὶ ἐκτρέφουσιν."

Ὁ μέντοι γε Ἀλέξανδρος μετὰ τὴν ἀπὸ Βραχμάνων ὑπο-

terrae habitant, pro lege habent consuetudinem a maioribus ad se propagatam, ut omni stupro adulterio furto convicio caede ac maleficio abstineant. apud Bactrianos seu Brachmanas lex est, institutio et pietas a maioribus accepta, quod neque carnem edunt neque vinum bibunt, et quod ob fidem et metum dei constantem omnem lasciviam atque flagitium vitant, cum quidem vicini Indi nullo metu contrariam vitae rationem teneant, et in interioribus regionibus carnibus humanis vescantur hospitesque ingulatos devorent, veluti Cabes. Chaldaeorum et Babyloniorum leges plenae sunt impudicitiae atque turpitudinis. Agelaeis lex est ut mulieres terram colant atque aedificent, et ea quae virorum sunt regant, ac sua libidine nihil impediētibz maritis scortentur: sunt inter eas etiam bellicosissimae, et quae feras, nisi quae sunt robustissimae, venentur: imperant autem suis maritis. in Britannia compluribus viris una est communis mulier, multaeque mulieres uni viro copulantur. Amazones autem maritos nullos habent, sed brutorum in morem semel quotannis extra suos fines profectae cum vicinis maribus concumbunt, id tempus solenne ac festivum agitantes; et postquam conceperunt, omnes domum redeunt. ubi pariunt, mares perdunt, femellas tollant accuratēque alunt et educant.

Ceterum Alexander a Brachmanibus reversus, Aegypto occupata,

στροφὴν καταλαβὼν τὴν Αἴγυπτον κτίζει τὴν μεγάλην Ἀλεξάνδρειαν εἰς ἴδιον ὄνομα, πάλαι Ρακώστην λεγομένην. * ἧς ἐπεθύμησε τὴν λμνην θεάσασθαι διὰ τὰ ἐν αὐτῇ μυθεύμενα. πολλὰ μὲν οὖν τέρατα καὶ ὄνειρατα παρεκρούσαστο, τῆς τε τῶν Χαλδῶν γνώσεως κατεφρόνησε, καὶ σὺν ἄλλοις ναυσὶν ἐπὶ τὴν εἰρη- D
 μένην λμνην διαβὰς τό τε τῆς κεφαλῆς διάδημα ἀπέβαλεν, ὄμβρου καὶ λαίλαπος καταρραγέντος πολλοῦ, καὶ μόλις ἐπὶ τὴν γῆν διενήξαστο. καὶ παραχρῆμα ὑπὸ Κασάνδρου τοῦ ἰδίου στρατηγοῦ φάρμακον δεξιόμενος ἐσπαράχθη. καὶ ὁ μὲν ἐπὶ τοσοῦτοις κατορ- 10
 θώμασι τὸν βίον μετέλλαξε, δυοὶ καὶ δέκα χρόνοις πρὸς μηνὶ ἕξ τῆς ἀρχῆς ἀπολαύσας, βιώσας δὲ τὰ πάντα ἔτη δύο καὶ τριάκοντα.

Ἀνερχόμενος δὲ ποτε ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Περσίδα ἔλαβέ τινας τῶν Ἰουδαίων πρὸς συμμαχίαν, ἐν οἷς ἦν τις ὑπερέχων, 15
 ὀνόματι Μοσόμαχος, κατὰ ψυχὴν μὲν ἄριστος τοξότης δὲ εὐστοχώτατος· ὃς διόντων τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνα ὁδόν, καὶ μάντεως τινας P 155
 ὄρνιθευομένους καὶ πάντας ἐπέχοντος, ἠρώτησε τὴν αἰτίαν τῆς παραμονῆς τοῦ λαοῦ. καὶ ὁ ὄρνεοσκόπος ὑποδεικνὺς τὸν ὄρνιν ἔφη “ἂν μὲν ἀσάλευτος μὲνῃ, προσμένειν συμφέρον πᾶσιν, ἂν 20
 δ’ ἀναστὰς εἰς τοῦμπροσθεν πέταται, προάγειν, εἰ δ’ ὀπισθεν, ἀναχωρεῖν αὐθις.” καὶ ταῦτα ἀκούσας Μοσόμαχος παρὰ τοῦ μάντεως, καὶ λάθρα τόξον ἔλκύσας, βάλλει τὸν ὄρνιν. ἔφ’ οἷς τοῦ μάντεως χαλεπήναντος καὶ πάντων τῶν τῆ πλάνῃ δεδουλωμένων, λαβὼν εἰς χεῖρας τὸν ὄρνιν Μοσόμαχος ἔφη “τί μοι μέμ-

Alexandriam de suo nomine condidit, antiquitus Racastam dictam. * cuius paludem videre cupiebat ob ea quae de ea fabulose iactabantur. itaque multis ostentis et insomniis contemptis, spreta etiam Chaldaeorum divinatione, cum paucis navibus paludem eam accessit. ibi imbre ac turbine subito exorto, amisso capitis diademate, aegre in terram enavit. statimque a Casandro duce exercitus sui veneno exhibitо doloribus laniatus est. ita Alexander tot rebus praecclare gestis mortuus est, cum regnasset annos duodecim et sex menses, vixisset autem triginta duos.

Hierosolymis quondam in Persidem profectus quosdam Iudaeos in exercitum advicerat. fuit inter hos praestantissimus Mosomachus, et ingenio optimo praeditus et sagitta scopum tangendi peritissimus. is cum Babylonem iretur et quidam ariolus auspicio suo exercitum moraretur, causam cur substitisset populus scitatus, cum auspex ave monstrata dixisset, si ea immobilis maneret, bonum universis portendi ut ibi maneant, sin porro volaret, procedendum, sin retro volaret, recedendum ipsis esse, his auditis clam ducto arcu avem deiecit. quod cum et ariolus et reliqui isto errore capti aegre ferrent, arrepta Mosomachus

φισθε, κακοδαίμονες; πῶς γὰρ οὗτος, μὴ τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν προγινώσκων, τὸ ἡμέτερον συμφέρον προανήγγειλεν; εἰ γὰρ ἡδύ-
B νατο προειδέναι τὸ μέλλον, οὐκ ἂν εἰς τὸν τόπον τοῦτον ἦλθε.”
 καὶ ταῦτα εἰπόντος αὐτοῦ κατησχύνθησαν σφόδρα.

Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα μυρία τρόπαια καὶ δυσδιήγητα ⁵
 καὶ λόγον ὑπερβαίνοντα εἰργάσατο. καὶ διὰ τοῦτο πτηνὴν πάρ-
 δαλιν ὁ προφήτης αὐτὸν προβλέπει, τὸ ταχὺ καὶ σφοδρὸν καὶ
 πυρῶδες καὶ τὸ ἄφνω διαπτῆναι τὴν οἰκουμένην μετὰ τροπαίων
 καὶ νίκης προὔποφαίνων. ἤκουσε δὲ καὶ τινος φιλοσόφου εἰπόν-
 τος ὅτι ἄπειροι κόσμοι εἰσὶ, καὶ μεγάλη στενάζεις ἔφη “εἰ” ἀπεί- ¹⁰
 ρων ὄντων μηδ’ ἐνὸς ἐγὼ κεκράτηκα.” οὕτως ἦν μεγαλόφρων
 καὶ μεγαλόψυχος καὶ σώφρων· Ἀριστοτέλει γὰρ μαθητευθεὶς πῶ-
C σαν λογικὴν ἐπιστήμην εἰς ἄκρον ἐπαιδεύθη. φασὶ δὲ τινες ὅτι
 μετὰ τὴν νίκην Δαρείου διαφθαρεῖς τὸν νοῦν πρὸς τὰς τοῦ σώμα-
 τος ἡδονὰς διώλισθεν ὁ μηδ’ ἀνασχόμενος πρότερον τὰς Δαρείου ¹⁵
 θυγατέρας θείσασθαι, Περσικὴν τε στολὴν ἐνδυσάμενος μυρίοις
 νέοις ἔδορυφορεῖτο καὶ τριακοσίαις παλλακαῖς ἐχρηῖτο, ὡς τὴν
 Μακεδονικὴν πᾶσαν τῶν βασιλέων συνήθειαν εἰς Περσικὴν με-
 ελθεῖν. ὅθεν καὶ ἐξάρχους ἀνδρας τῶν Μακεδονικῶν ταγματῶν
 πλείστους ἀνεῖλε. 20

Μετὰ δὲ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν εἰς πολλὰς ἀρχὰς ἡ βα-
 σιλεία αὐτοῦ διηρέθη, καὶ Περδικκας μὲν τὴν Μακεδονίαν ἐκλη-
D ρώσατο βασιλείαν, Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου Αἰγύπτου καὶ Ἀλε-

ave “quid” inquit, “infelices me culpatis? quonam modo avis ne suam quidem ipsius salutem praevidens vobis commodum vestrum denuntias-
 set? quae futura praenosset quivisset, nunquam profecto huc venisset.”
 hoc dicto magnum iis pudorem incussit.

Verum Alexander infinitas alias victorias commemorata difficiles et
 quavis oratione superiores rettulit. itaque eum vates sanctus praevidit
 specie volantis pardalis, celeritatem nimirum ac velut igneam vehemen-
 tiam praesagiens, qua is erat subito mundum victoriis et tropaeis suis
 pervolaturus. idem Alexander cum de quodam philosopho audivisset
 mundos esse infinitos, alte ducto gemitu “et ego” ait “ne unum quidem
 adhuc subegi.” adeo magnanimus erat atque temperans: erat enim ab
 Aristotele omni doctrina informatus. non desunt qui eum Dario victo
 in deterius mutasse animum ac se voluptatibus corporis dedidisse affir-
 ment: etenim qui olim Darii filias ne videre quidem sustinisset, is et
 Persico amictu postea usus decem milia iuvenum praesidii loco circa se
 habuit ac 300 pellicibus usus est, Macedonicamque regum consuetudi-
 nem prorsus in Persicam mutavit. qua de causa etiam permultos Mace-
 donici exercitus ductores interfecit.

Mortuo Alexandro regnum eius in multas divisum est partes. Per-
 diccae Macedonicum regnum sorte obtigit, Ptolemaeo Lagi filio Aegyptus

ξανθρείας, Σίλωκος ὁ καὶ Νικάντωρ διὰ τὸ ἀναβῆναι εἰς Βαβυλῶνα καὶ κρατῆσαι τῶν βαρβάρων Συρίας καὶ Βαβυλώνας, Ἀντίγονος τῆς πρὸς τῷ Ταύρω Κιλικίας, Φίλων Μηδίας, Πύθων Φρυγίας καὶ Λυδίας, Μελέαγρος Παφλαγονίας, Εὐμένης Καππαδοκίας, Κάσανδρος Ἀνκίας καὶ Ἑλλησπόντου, Λυσίμαχος Θράκης, Ἀντίπατρος Ποντικῆς, Ὁξυάρτης Βακτρικῆς, Φίλιππος Δραγακῆς, Πῶρος Ἰνδίας, Φραταφέρνης Παρθίας καὶ Ὑρκανίας, Τριπόλεμος Περσίδος, καὶ Μεσοποταμίας Ἀρκεσίλαος. καὶ οὐ διέλιπον ἀεὶ κατ' ἀλλήλων ἐπανιστάμενοι, ἕως ἣ

10 *Ρωμαίων ἀρχὴ τὰς τοπαρχίας πάσας κατέλυσε.*

Ὁ μῦθος Κάσανδρος Θεσσαλονικὴν τὴν τοῦ Ἀλεξάνδρου P 156
 θυγατέρα ποιησάμενος γυναῖκα εἰς ὄνομα ταύτης κτίει πόλιν Θεσσαλονικὴν. οἱ δὲ Αἰνεῖαν ταύτην κτίσαι μετὰ τὸ ἀποφνεῖν τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον, ἔθεν καὶ ἡ χώρα λέγεται Αἰνεία. οἱ δὲ

15 φασὶ Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου εἶναι θυγατέρα τὴν Θεσσαλονικὴν. τὸ δὲ ἐν τῇ Παλλάτῃ φρούριον παρ' αὐτοῦ τοῦ Αἰνείου οικοδομησόμενον, ἐπεὶ παρὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἀπέκοι γενεῆσθαι αὐτῷ θυγατέρα καὶ Κασάνδραν ὀνομασθῆναι, καὶ αὐτὸς αὐτὸν τὸν τόπον Κασάνδρειαν ὠνόμασε, καὶ στήλην λιθίνην γυναικὸς

20 σχῆμα ἔχουσαν καὶ πρὸς Τροίαν βλέπουσαν ἐπάνω τοῦ τείχους B ἔστησε.

Τότε καὶ Αἰώωπος ὁ μνδογράφος ἤμαζε, καὶ Ἀναξίμανδρος, ὃς εἶπε τὴν γῆν μέσην εἶναι τοῦ παντὸς κόσμου, καὶ τὸν ἥλιον οὐκ ἐλάττω τῆς γῆς, ἀρχὴν τε πάντων τὸν αἰθέρα, καὶ

et Alexandria, Seleuco, qui et Nicanor dicitur eo quod ad Babylonem duxisset ac barbaros superasset, Syria et Babylon, Antigono Cilicia, quae est ad Taurum, Philoni Media, Pythoni Phrygia et Lydia, Meleagro Paphlagonia, Eumeni Cappadocia, Casandro Lycia ad Hellespontum, Lysimacho Thracia, Antipatro Pontus, Oxyartae Bactriana, Philippo Dragaena, Poro India, Phratapherni Parthia et Hyrcania, Tripolamo Persis, Arcesilao Mesopotamia. neque hi ante finem fecerunt mutuis sese bellis infestandi quam Romanum imperium istos principatus omnes abolevit.

Casander Thessalonica Alexandri filia ducta de eius nomine urbem Thessalonicam condidit. alii ab Aenea conditam aiunt, cum is Troianum bellum fuga evasisset: ideo regioni nomen Aenea esse. alii Thessalonicam perhibent filiam fuisse Philippi Amyntae filii. is arcem quae Pallenae est, ab ipso exstructa Aenea, cum ex subditis cognovisset filiam sibi natam ac Casandram nominatam esse, ipse eum locum Casandream appellavit, statuatque lapideam mulieris forma ad Troiam respicientem supra murum posuit.

Eo tempore floruit etiam Aesopus, fabularum conditor, et Anaximander, qui terram in medio universi esse dixit, solem terra non minorem, principium omnium rerum aërem, ex quo omnia oriuntur inque

πάντα ἐξ αὐτοῦ γίνεσθαι καὶ εἰς αὐτὸν ἀναλύεσθαι. ἐξίθητό δὲ καὶ τὰς ἰσημερίας καὶ τὰς τροπὰς τοῦ ἑνωματοῦ καὶ τὰ λοιπὰ, κωδῶς ἔμπροσθεν λέξομεν.

Πυθαγόρου δὲ ὁ Σάμιος τὴν ἀριθμητικὴν ἔγραψε καὶ ἀσωμάτους δυνάμεις καὶ ἀρχὰς ἐδίδξαζεν. οὗτος καὶ τὰ χρυσᾶ ἔπη 5 ἔγραψεν, ἅπαντα ὡς ἐν κεφαλῶν εἰπεῖν διαγορεύουσι τάδε. πρῶτα C μὲν προτρέπει τὸ θεῖον τιμᾶν ὡς χρῆ, δεύτερον τοὺς κατὰ δύναμιν ὁμοιωθέντας αὐτῷ, τρίτον τῶν σωματικῶν δυνάμεων ὑπερέχειν, τέταρτον ἑαυτὸν αἰδεῖσθαι πανταχοῦ, πέμπτον δικαιοσύνης ἐπιμελεῖσθαι πανταχοῦ, ἕκτον τὸν ἀπὸ τῆς θείας κρείσσεως ἀπονεμῆθέντα κλῆρον ἀσπάζεσθαι, ἕβδομον πρὸς τὸ βέλτιον αἰετὴν γνώμην μεδιτάνειν, ὄγδοον ἀναξαρδόσπαστον εἶναι καὶ ἀδούλωτον. διόλου πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς τήρησιν, ἑννατον εὐβουλία πρὸς τῶν ἔργων χορήσθαι, ἐξ ἧς τὸ ἀμεταμέλητον ἐν τοῖς ἔργοις παραγίνεται, δέκατον ἀλήσεως καθαρῶσειν, ἑνδέκατον πρᾶτους καὶ ἀοργή- 15 τούς καὶ ἀνεκτικούς πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας εἶναι, δωδέκατον τὸ σῶμα καὶ τὰ ἐκτὸς πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς συνεργίαν μεταρροθμίζειν. D ζειν. "ταῦτα" φησὶ "πάνκι, ταῦτ' ἐκπαλέτα, τούτων χρῆ ἰδᾶν σε· ταυτέα σε τῆς θείας ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει." ἀπὲρ τοῦ ταυτέα πάντα εἰς τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν ἐνάξει καὶ εἰς τὴν θεωρητι- 20 κὴν ἐπιστήμην ἥτοι τὴν κατὰ νοῦν ἐνέργειαν, νοοῦντα τὰ νοητά, καὶ ἀρχή σοι πάνυ καλλιστὴ γενήσεται, καὶ ὁμοιωθήσῃ θεῷ διὰ τῆς τῶν ἀρετῶν ἐργασίας. διὰ καὶ βουλάμενος τὸν ἀχροατήν.

eum dissolvantur. aequinoctia etiam et solstitia anni exposuit, et alia quae deinde referemus.

Pythagoras autem Samius scientiam numerorum scripsit, opinionisque de facultatibus atque principiis incorporatis auctor fuit. composuit etiam aureum, quod vocatur, carmen. cuius haec est summa. primum caput hortatur ad numen rite colendum, 2 eos qui ei facultate sunt aequali. 3 iubet se supra corporeas facultates attolere, 4 sui ipsius ubique verecandiam moveri, 5 in omni re iustitiae curam habere, 6 eerte, quae divino iudicio obtigit, contentum esse. 7 sententiam semper ad id quod melius est accommodare. 8 ita virtutem colere, ut nunquam ab eius cultu abstrahi aut alio in servitutem abduci te sinas. 9 ante factum rationes probe subducere. 10 vacare opinione. 11 in consuetudine cum hominibus placidos se, irae vacuos et patientes praebere. 12 corpus et fortunae bona ita comparare ut virtuti sint adiumento. sic autem claudit carmen:

his incumbere animo, his operamque impende et amorem.

divinae haec te in virtutis vestigia ducunt.

hoc vult dicere: haec te ad philosophiam, cuius in agendo vis est, perducunt, et ad contemplativam scientiam, nempe ut mens tuam vim exercente, ea percipias quae solo intellectu cernuntur; erantque tibi praedidacticum principium, et actionibus virtutum dei similis fies, ita-

ὄλοσχερῶς πρὸς τὴν τῶν καλῶν ἐργασίαν διαναστῆσαι ὄρω καὶ
 λεχθέντα πιστοῦνται, λέγων οὕτως "ναὶ μὰ τὸν ἀμετέρα ψυχῆ
 παραδόντα τετρακτὺν, παγὰν ἀενάου φύσεως." ὁ δὲ ὄρωκ γί- P 157
 νεται αὐτοῖς καὶ δόγμα. οὗτος ὁ Πυθαγόρας μετεμψύχωσιν
 εἰδογματίειν ἦν θέλων κυρῶσαι ἔλεγεν ἑαυτὸν πρὸ τῶν Τρωϊκῶν
 Αἰθαλίδην γεγονέναι, ἐν δὲ τοῖς Τρωϊκοῖς Εὐφορβον, μετὰ δὲ
 ταῦτα Ἐρμέτιμον Σάμιον, μεθ' ὃν Πύρρον Δῆλιον καὶ λέμπτον
 Πυθαγόραν.

Πρὸς τοῦτου δὲ γέγονε Θαλῆς, ὃς ἐπιχειρήσκει φιλοσοφίαν
 10 φυσικὴν, ἀρχὴν τοῦ παντὸς καὶ τέλος τὸ πῦρ καὶ τὸ ὕδωρ εἶναι
 φήσας, καὶ ἐξ αὐτῶν τὰ πάντα συνίστασθαι· ἀφ' ὧν καὶ τοῦς
 σεισμοῦς καὶ πνευμάτων συστροφὰς καὶ ἄστρον κινήσεις γίνε-
 σθαι.

"Ὅτι πρῶτος ὁ Θαλῆς τὸ τοῦ σοφοῦ ἔσχεν ὄνομα, καὶ πρῶ-
 15 τος τὴν ψυχὴν εἶπεν ἀθάνατον, ἐκλεψείς τε καὶ ἰσημερίας κατε- B
 ληψε. καὶ ἀποφθέγματα πλείστα κατέλεπε, καὶ τὸ θρυλούμενον
 "γνώθι σεαυτὸν." τὸ γὰρ "ἐγγύα, πάρα δ' ἄτη" Χίλωνος
 μᾶλλον ἔστιν, ἰδιοποιησαμένου αὐτὸ καὶ τὸ "μηδὲν ἄγαν."

Τρίτος φιλόσοφος Ἐμπεδοκλῆς. οὗτος μετὰ πολλὰς τερα-
 20 τολογίας ἰδογματίσει καὶ ταῦτα, τὴν τοῦ παντὸς ἀρχὴν νεῖκος καὶ
 φιλιαν λέγων, καὶ τὸ τῆς μονάδος νοερὸν πῦρ τὸν θεόν, καὶ ὅτι
 ἐκ πυρὸς τὰ πάντα συνίσταται καὶ εἰς πῦρ αὐθις ἀναλύεται, ᾧ

que ut auditorem magis ad honestarum actionum studium excitaret, iu-
 ramento dictis fidem conciliat in hanc sententiam:

per tibi ego divum verè esse haec iuro tetractyn,
 nostram animam qui naturae de fonte perenni
 irrigat.

hoc iuramentum unum est ex decretis Pythagorae. idem animas de cor-
 poribus in corpora migrare sensit: quod ut confirmaret, se ante bellum
 Troianum fuisse Aethalidem dixit, in bello Troiano Euphorbum, postea
 Hermotimum Samium, ac rursus Pyrrhum Delium, quinto demum loco
 Pythagoram.

Prior Pythagora fuit Thales, qui naturam rerum explicare conatus
 initium et finem omnium rerum dixit esse aquam atque ignem. ex his
 omnia constare: ab his etiam terrae motus, ventorum turbines et side-
 rum motus proficisci.

Primus Thales sapientis nomen reportavit, primusque animam im-
 mortalem dixit, atque defectus solis et lunae et aequinoctia deprehendit.
 plurima etiam dictoria reliquit; quorum est etiam famosum illud "nosce
 te ipsum." nam illud "sponde praesto noxa est" Chilonis potius est,
 qui id sibi vindicavit; et illud "ne quid nimis."

Tertius philosophus Empedocles, praeter multa alia portentosa de-
 creta, hoc etiam sensit, universi principia esse amicitiam atque discor-
 diam, unitatem intellectu percipi, ignem esse deum, omnia ex igne esse
 compacta, in eoque omnia resolutum iri. cui fare Stoici adstipulan-

σχεδὸν καὶ οἱ Στωϊκοὶ συντίθενται, ἐκπύρωσιν προσδοκῶντες. οὗτος εἰς πάντα τὰ ζῷα τὴν ψυχὴν μεταλλάττειν εἶρηκε, τῷ Πυ-
C Θαγόρου δόγματι κατακολουθῶν. "χαίρετε" γὰρ φησιν, "ἐγὼ δὲ
δὲ" εἰμι θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητός. ἦτοι μὲν πρῶτα κοῦρος
λεγόμενῃ κόρη τε καὶ θῆρ καὶ θάμνος καὶ ἔξ ἄλλος ἔμπνοος ἰχθύς 5
καὶ ἐν Ὀλυμπῷ βούς."

Τέταρτος Ἡράκλειτος, καὶ αὐτὸς σχεδὸν σύμφωνα τῷ Πυ-
Θαγόρῃ φθεγγάμενος. ἔφη δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι πάντῃ τοῦ σώμα-
τος χρεὼν δλιγνῶρεϊν καὶ νομίζειν αὐτὸ κοπιῶν ἐκβλητότερον, καὶ
ἐκ τοῦ ῥάστου πληροῦν αὐτοῦ εὐδὲς θεραπείας, ἕως ἂν ὁ θεὸς 10
ὡσπερ ὑγιάνη τῷ σώματι χρῆσθαι ἐπιτάτῃ. οὗτος ἦν ἐπὶ Δα-
ρείου τοῦ Ὑστάσου. λέγοντο δὲ καὶ ἕτεροι φυσικὰς δόξας καὶ
D αὐτοὶ γράψαντες, μηδὲν ἀπεμφαινούσας τῶν προειρημένων, εἰς
οὐκ ἀναγκαῖον ἡγησάμεθα γραφῇ παραδοῦναι.

Πέμπτος Ἀναξίμανδρος. οὗτος ἀρχὴν ἔφη τῶν ὄντων φύ- 15
σιν τινὰ τοῦ ἀπειρου, ἀφ' ἧς γενέσθαι τοὺς οὐρανοὺς καὶ τὰν ἐν
αὐτοῖς κόσμον· ταύτην δ' αἰθῆρ εἶναι καὶ ἀγῆρω, καὶ πάντας
περιέχειν τοὺς κόσμους. οὗτος καὶ τὴν γῆν εἶρηκε μετέωρον εἶ-
ναι, ὅπῃ μηδεὶς κρατουμένην, μένουσαν δὲ διὰ τὴν ὁμοίαν πάν-
των ἀνάστασιν. καὶ κεῖσθαι ταύτην μὲν μεσαιάτῃ, τὸ δὲ σχῆμα 20
αὐτῆς ὕψρον, στρογγύλον, χιονῶδες, λίθῳ παραπλήσιον. πρῶ-
P 158 τος δὲ αὐτὸς καὶ ἰσημερίαν εἶρε καὶ τροπὰς καὶ ὥρολογίας γνώ-
μονά τε εἰσήγαγεν, ὅπερ ἔστι τὸ ἐν τοῖς ἡλιολόγοις πηγιόμενον,

tur, conflagrationem expectantes. idem censuit animam in omne bru-
torum genus transire: ita enim Pythagorae opinionem secutus ait

"iamque valet. deus nunc immortalis et expertus
interitus ego sum. puer et quandemque puella
ipse fui: fruticem memini piscemque marinum
Pisae meque fuisse bovem."

Quartus Heraclitus fere Pythagorae consona pronuntiavit. haec
quoque praeterea eius sunt, corporis quam minimam omnino habendam
rationem, idque fimetis abiectius censendum; ac quamdiu deus corpore
tanquam instrumento uti praecipiat, eius necessitatibus quam minimo
inserviendum impendio. vixit tempore Darii Hystaspae. fuerunt et alii,
qui suas de rerum natura opiniones perscripserunt, nihil a dictis discre-
pantes; quas commemorare non duximus necessarium.

Quintus Anaximander. is pro rerum principio quandam infinitam
naturam agnovit, unde et caelum et eo contentus mundus orta sint.
hanc esse sempiternam et senectutis expertem, ab eaque omnes mundos
contineri. idem terram pronuntiavit pendere, nemine eam tenente, et
loco manere ideo quod undique aequali intervallo abiat; sitam esse eam
in medio, figura rei mobilis ac teretis et niveae, lapidis instar. primus
iste et aequinoctium observavit, et solstitia, et guomones horologiorum

- καὶ ὅλως γεωμετρίας ὑποτύπωσιν ἔδειξε. τὰ δὲ ἄστρα φησὶ γενέσθαι κύκλον πυρός, περιληφθέντα δὲ ὑπὸ ἀέρος. ἐκπνοὸς δὲ εἶναι πόρουσ τινὰς ἀδρώδεις, κατ' οὓς φαίνονται τὰ ἄστρα· διό φησι καὶ ἐπιφρασσομένων τῶν ἐκπνοῶν τὰς ἐκλήψεις γίνεσθαι.
- 5 τὴν δὲ σελήνην ποτὲ μὲν φαίνεσθαι πληρομένην ποτὲ δὲ μειουμένην παρὰ τὴν τῶν πόρων ἐπίφραξιν ἢ ἀνοιξιν. εἶναι δὲ τὸν κύκλον τοῦ ἡλίου ἐπτακατακοσιπλασίονα τῆς σελήνης, καὶ ἀνωτάτω μὲν εἶναι τὸν ἡλίον, κατωτάτω δὲ τοὺς τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων B κύκλους. τὰ δὲ ζῳδία γίνεσθαι ἑξατριζόμενα ὑπὸ τοῦ ἡλίου,
- 10 ἀνέμους δὲ γίνεσθαι τῶν λεπτοτάτων ἀτμῶν ἐκ τοῦ ἀέρος ἀποκρινομένων καὶ ὅταν ἀθροισθῶσι κινουμένων, ὕετος δὲ ἐκ τῆς ἀτμίδος τῆς ἐκ τῶν ὑπ' ἡλίον ἀναδιδουμένης, ἀστραπὰς δὲ, ὅταν ἀνεμος ἐκπίπτων διίσταται τὰς νεφέλας. τὸν δὲ ἄνθρωπον κατ' ἀρχὰς ἰχθυὶ παραπλήσιον γενέσθαι.
- 15 Ἔκτος Ἀναξιμένης. οὗτος ἀέρα ἔπειρον τὴν ἀρχὴν ἔφη εἶναι, ἔξ οὗ τὰ γινόμενα καὶ τὰ γεγονότα καὶ τὰ ἰσόμενα καὶ θεοὺς καὶ θεῶν γίνεσθαι. τὴν δὲ γῆν πλατείαν ἐπ' ἀέρα δρομήτην. ὁμοίως δὲ ἡλίον καὶ σελήνην καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα πάντα πύ- C ρινα ὄντα ἐποχεῖσθαι τῷ ἀέρι διὰ τὸ πλάτος. γέγονε δὲ τὰ ἄστρα
- 20 ἐκ γῆς διὰ τὸ τὴν ἰκμάδα ἐκ ταύτης ἀνίστασθαι, ἧς ἀραιουμένης τὸ πῦρ γίνεσθαι· εἶναι δὲ καὶ γεώδεις φύσεις ἐν τῷ τόπῳ τῶν ἀστέρων, συμπεριφερομένας ἐκείνοις. οὗτος ἤκμασε κατὰ τοὺς χρόνους Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνα, οὗ τινὸς καὶ διδάσκαλος γέγονεν.

in usum produxit, omninoque geometricas descriptiones ostendit. stellas dixit esse orbes igneos ab aëre comprehensos: porro expirationes esse quasdam auræ permeatus, ob quas stellæ videantur, et quibus ventibus obturatis defectus existant. ac iuxta horum vel apertionem vel obstructionem lunam modo plenam modo lumine dimiuitam videri. solis circulum ad lunæ orbem esse proportione vigintiseptupla. in summo esse solem, in imo orbes stellarum fixarum. animalia nasci vaporibus a sole elevatis, ventos, cum tenuissimi vapores ex aëre secerantur, qui collecti commoveantur, pluvias ex exhalationibus a sole sursum elevatis, fulgura, cum ventus erumpens nubes scindit. hominem ab initio piscis similem natum fuisse.

Sextus fuit Anaximenes. is aërem infinitum statuit rerum principium: ex eo quæ sunt, quæ fuerunt, omnia ortum habere. esse deos et res divinas. terram latitudine sua aëri incumbere. similiter solem et lunam et reliquas stellas, cum ignea sint omnia, ab aëre propter latitudinem gestari. stellas ex terra ortas eo quod ex ea humor effertur, quo attenuato ignis existat. esse etiam terrenas quasdam naturas in loco stellarum, quæ una cum his circumagantur. hic floruit ætate Alexandri Macedonis, cuius etiam præceptor fuit.

Ἑβδομος Ἀναξαγόρας, ὃς ἐκαλεῖτο Νοῦς, ἐπειθὴ ἕλην καὶ νοῦν πάντων ἀρχὴν καὶ φρουρὸν εἶπε, καὶ τὸν μὲν νοῦν ποιοῦντα, τὴν δὲ ἕλην γινομένην. ὄντων γὰρ πάντων ὁμοφυῶν ὁ νοῦς ἐπέλθων διεκράτησεν. οὗτός ἐστιν ὃς τὸν ἥλιον εἶπε μύθρον διάπυρον, τουτέστι πύρινον λίθον· μύθρος δ' ἐστὶ σίδηρος ἀργὸς πε-5
πρακτικόμενος. τὸ δ' ἔπος

ἥλιον πυρόντα μύθρον ποτὲ φάσκειν ὑπάρχειν
καὶ διὰ τοῦτο θανεῖν μέλλεν Ἀναξαγόρας.

ὅτι καὶ μετὰ τῆς Πελοποννήσου τὸν ἥλιον ἔλεγεν. οὗτος Κλαζο-
μένιος ὢν ἀγέλαις τε καὶ καμήλοις τὰ ἑαυτοῦ ἠώηκε. περὶ τούτου 10
ἔφη Ἀπολλώνιος ὁ Τυναεὺς προβάτοις μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις φιλοσοφῆσαι. ὁ δὲ Θηβαῖος Κράτης κατεπόντωσε τὴν ὄσολαν, οὔτε προβάτοις ποιήσας ἐπιτήδεια οὔτε ἀνθρώποις. οὗτος ἤκμασε κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς πη' Ὀλυμπιάδος· καθ' ὃν καὶ Πλάτων λέγεται γεγενῆσθαι. 15

P 159 Ὅγδοος Ἀρχέλαος. οὗτος ἔφη τὴν μῆξιν τῆς ἕλης ὁμοίως Ἀναξαγόρα, καὶ τὰς ἀρχὰς ὠσαύτως. φησὶ δὲ καὶ περὶ τῶν ζώων ὅτι θερμασινομένης τῆς γῆς τὸ πρῶτον ἐν τῷ κάτω μέρει, ὅπου τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν ἐμίσγετο, ἀναφανῆναι τὰ τε ζῆα καὶ οἱ ἄνθρωποι, ὕστερον δὲ αὐτοῖς ἢ ἔξ ἀλλήλων γένεσις ἐπη-20
κολοῦθήσεν. ἤκμαξε δὲ καὶ αὐτὸς κατὰ τοὺς χρόνους Ἀναξαγόρα, συνέταξε δὲ καὶ φυσιολογίαν.

Ἐννατος Πλάτων, μαθητῆς Σωκράτους· ὁ δὲ Σωκράτης

Septimus Anaxagoras, cognomento Mens, quod omnium rerum principium ac conservationem materiae ac menti adscriberet, ita quidem, ut haec efficeret, ex illa res fierent. etenim cum omnia essent eiusdem naturae et confusa, mentem supervenisse ac ea secrevisse et in ordinem adduxisse. is est qui dixit solem esse massam ferri candentem, id est lapidem igneum. ea de versus feruntur tales:

candentem ferri massam quod dixerat esse
solem, vix mortem fugit Anaxagoras.

et quod solem Peloponneso maiorem dixisset. Clazomenis oriundus fuit. agros suos ovibus et camelis pascendos reliquit. itaque Apollonius Tyaneus eum ovibus magis quam hominibus philosophatum dixit. at Crates Thebanus in mare abiectis suis ovibus neque ovium neque hominum utilitati inservivit. floruit circa primum annum Olympiadis octogesimae octavae; quo tempore etiam Plato extitisse dicitur.

Octavus Archelaus. hic Anaxagorae sententiam de mixtione materiae et principii secutus est. de animalibus dixit, cum primum tetra incaluisset imis partibus, ubi calidum et frigidum commiscebantur, extitisse et animalia et homines: postea iis evenisse ut sui simile procrearent. aequalis fuit Anaxagorae, et librum de natura rerum composuit.

Nonus Plato, discipulus Socratis, qui Archelaum physicum audive-

μαθητῆς Ἀρχελαίου τοῦ φυσικοῦ· ἔσχε δὲ πάντων τῶν μαθητῶν
 ἰκανώτερον τὸν Πλάτωνα. οὗτος ἀρχὰς εἶναι τοῦ παντός θεὸν B
 καὶ ὕλην καὶ παράδειγμα, ὃ καὶ ἔνοιον τοῦ θεοῦ καὶ ἰδέαν καλεῖ,
 οἶον εἰκόνημά τι, ᾧ προσέχων, φησὶν, ὃ θεὸς τὰ πάντα ἐδη-
 5 μωσάργησι. καὶ τὸν μὲν θεὸν ἀσώματον καὶ ἀνείδειον καὶ ἄφθαρ-
 τον καὶ μόνους σοφοῖς ἀνδράσι καταληπτόν, θεὸν μὲν λέγων τὸν
 ποιήσαντα καὶ διακοσμήσαντα τόδε τὸ πᾶν καὶ προνοοῦμενον ἀέ-
 τοῦ, ὕλην δὲ τὴν πᾶσιν ὑποκειμένην, ἣν τωθήτην καλεῖ, ἐξ ἧς
 διακοσμηθείσης γενέσθαι τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἐξ ὧν συνέστηκεν
 10 ὁ κόσμος, ὡς ἐν τοῖς Νόμοις λέγει “ὃ μὲν δὴ θεός, ὥσπερ καὶ
 ὁ κυλαϊδὸς λόγος, ἀρχὴν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσση τῶν ὄντων
 ἀπάντων ἔχων, εἰθεῖαν περαίνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος. C
 τῷ δὲ αἰὲ ξυνέπεται Δίκη, τῶν ἀπολειπομένων τοῦ θεοῦ νόμου
 τιμωρός. ἧς ὃ μὲν εὐδαιμονήσειεν μέλλων ἐχόμενος ξυνέπεται
 15 ταπεινῶς καὶ κεκοσμημένως· εἰ δὲ τις ἐξαρθεὶς ὑπὸ μεγαλαυχίας
 ἢ χρημῶσιν ἰπαιρόμενος μισθῷ ὕβρειος πορεύεται, ἔρημος οὗτος
 θεῶ καταλείπεται.” τὴν δὲ ὕλην σύγχρονον τῷ θεῷ καὶ τὸν
 κόσμον ἀγέννητον λέγει· ἐκ γὰρ τῆς ὕλης συνιστάται φησὶν αὐτόν.
 τῷ δὲ ἀγεννήτῳ ἀκολουθεῖ πάντως καὶ τὸ ἄφθαρτον. ὃ αὐτὸς
 20 ἀποφάνεται καὶ ἄλλους ἀορίστους θεούς, ὅταν λέγει “θεοὶ θεῶν,
 ὧν ἐγὼ δημιουργός τε καὶ πατήρ.” ἐνίοτε δὲ καὶ ὠρισμένους,
 φάσκων “ὃ μὲν δὴ μέγας ἐν οὐρανῷ Ζεὺς πτηνὸν ἄρμα ἐλαύνων,”
 καὶ ὅταν γενεαλογῇ τοὺς οὐρανοῦ παῖδας καὶ γῆς. συστήσας δὲ D

rat, et omnium suorum discipulorum praestantissimum habuit Platonem. is universi principia sensit deum materiam et exemplar, quod et cogitationem dei et ideam, quasi effigiem quandam, appellat, cui intentum deum omnia fabricatam ait. deum corporis figurae et interitus expertem facit, ac quem soli sapientes cognoscere queant. ab hoc dicit universum factum esse et temperari eiusque providentia regi. materiam omnium rerum subiectum, quam et nutricem nominat; qua formis distincta primo quattuor elementa orta, ex his deinde mundum confectum. sic in libro de Legibus scribit “deus quidem, ut antiquo etiam sermone perhibetur, principium finem ac medium omnium rerum habens, recta secundum naturam progreditur via. hunc vero semper comitatur iustitia, eorum qui a divina desciverunt lege ultrix. eam, quicunque beatus est futurus, observans humiliter ac composito subsequitur. si quis vero arrogantia elatus aut opibus superbiens petulantem incedat, is a deo deseritur.” ceterum materiam iuxta deo aeternam, mundumque semper fuisse asserit, qui sit ex materia factus. iam quod nunquam coepit, consentaneum haud dubie est id nunquam desitutum. alios quoque infinitos deos statuit, ut cum dicit “dii deorum, quorum ego opifex et pater.” aliquando et definite dicens “magnus quidem in caelo Iuppiter volucrum curram agens.” item cum recenset seriem caelo ac terra pre-

τὸν ἕνα θεὸν εἰσάγει καὶ θεοὺς γεννητοὺς, καὶ διὰ μὲν τοῦ γεγενῆσθαι αὐτοὺς πάντως ἀνάγκην ἔχειν καὶ φθαρῆναι, διὰ δὲ τὴν βούλησιν τοῦ θεοῦ ἀθάνατους πάλιν εἶναι. ὁ αὐτὸς καὶ τὸν τοῦ παντὸς δημιουργὸν δείκνυσι κηδεμόνα καὶ μακρόθυμον ἐπὶ τινῶν ἀδίκων, καὶ τὴν ἐντεῦθεν αὐτοῖς προσγενομένην βλάβην καὶ τὴν 5 ἐσώστερον τούτοις ἐπιφερομένην πανωλεθρίαν, καὶ ὅτι εἰ καὶ δοκεῖ τισὶν εἶναι πρὸς μικρὸν ὁ ἄδικος, ἀλλ' οὖν μετὰ τινα χρόνον ἐσωτόν τε καὶ οἶκον καὶ πόλιν ἄρδην ἀνάστατον ποιεῖ. ὁ αὐτὸς ἐν P 160 τῷ Φαίδωνι φησὶν "ὁ μὲν ἀτέλεστος καὶ ἀκάθαρτος εἰς ἄδου ἀφιπόμενος, ἐκεῖ μεταχωρήσας, μετὰ θεοῦ οἰκῆσει." καὶ αὖθις 10 "τὸν μὲν γὰρ δικαίως τὸν βίον διεληλυθότα καὶ δόλιος, ἐπειδὴν τελευτήσῃ, εἰς μακάρων νήσους οἰκεῖν ἐν πάσῃ εὐδαιμονίᾳ, κακῶν ἐκτός, τὸν δὲ ἀδίκως καὶ ἀθέως εἰς τὸ τῆς κρίσεώς τε καὶ δίκης δεσμοκτήριον, ὃ δὴ Τάρταρον καλοῦσι, καὶ εἰς τὸν Ἄχεροντα καὶ Κοκυτὸν εἶναι." ὁ αὐτὸς παραδέχεται καὶ φύσεις 15 δαιμόνων, καὶ τοὺς μὲν αὐτῶν ἀγαθούς εἶναι τοὺς δὲ φαύλους· καὶ τὴν ψυχὴν ποτὲ μὲν ἄφθαρτον καὶ ἀγέννητον, ὅταν λέγῃ "ψυχὴ πᾶσα ἀθάνατος· τὸ γὰρ ἀεικίνητον καὶ ἀθάνατον," ποτὲ B δὲ γεννητὴν καὶ ἄφθαρτον διὰ τὴν τοῦ θεοῦ βούλησιν, ἄλλοτε σύνθετον καὶ γεννητὴν καὶ φθαρτὴν καὶ πάλιν ἀθάνατον. καὶ 20 κρίσιν φησὶν εἶναι μετὰ τὴν τελευτὴν καὶ ἐν ἄδου δικαστήριον, καὶ τὰς μὲν ἀγαθὰς ἀγαθοῦ μισθοῦ τυγχάνειν, τὰς δὲ πονηρὰς τῶν ἀκολούθων δικῶν. ὁ αὐτὸς καὶ μετενσωμάτωσιν ψυχῶν

gnatorum. unico deo statuto introducitur etiam natos deos; quibus cum intereundi necessitatem ortas suos imponat, eos voluntate dei immortales redigi. idem universam epificam curam rerum humanarum gerere ac patienter quosdam improbos et scelestos ferre ostendit; tum quid eos damni maneat, ac exitium quo tandem sint funditus perituri, demonstrat; docetque, tamen etsi aliquamdiu videantur beati esse tales, eos tamen post aliquod tempus ipsos domum urbemque pessundaturos. idem in Phaedone scribit "is quidem qui sacris initiatus et lustratus non est, ad inferos devenit; inde migrans cum deo habitabit." et rursus "qui enim iniuste ac sancte vixit, is post mortem apud insulas beatorum, omnis mali expertus, in summa felicitate vitam ducet. qui autem impie et iniuste vixit, is ad iudicii carcerem, quem Tartarum dicunt, atque ad Acherontem et Cocytum proficiscitur." daemones quoque Plato agnovit, alios bonos, malos alios. animam aliquando ortu interitumque carere pronuntiat, ut in his verbis "omnis anima immortalis est. quod enim semper movetur, id immortale est." aliquando ei ortum interitumque tribuit, respectu scilicet divinae voluntatis. alias compositam, natam, interitum obnoxiam, rursus immortalem. iudicium quoque post mortem fieri, et esse apud inferos tribunal affirmat, ac bonas quidem animas bonam mercedem consequi, malas digna supplicia. tradit etiam mortuo-

δογματίζει, και μεταβαίνειν τὰς ψυχὰς εἰς ἄλλα σώματα κατ' ἀξίαν ἐκάστης, και κατά τινος περιόδου ἀρισμένης ἀναπέμπεσθαι πάλιν εἰς τοῦτον τὸν κόσμον, πείραν παρεξομένης τῆς ἐαυτῶν προαιρέσεως. και ὅτι μετὰ Διὸς τινος εἶναι τῶν ψυχῶν 5 και ἄλλας μετὰ τῶν ἄλλων θεῶν. εἰμαρμένην δέ φησιν εἶναι, ὃ μὲντοι πάντα κατ' εἰμαρμένην γίνεσθαι. ὁ μὲν οὖν Πλάτων C συναγαγὼν τὰ τρία μέρη τῆς κατὰ πάντα φιλοσοφίας, φυσιολογικὴν ἠθικὴν και λογικὴν, οὕτως ἐδογματίσει. Πλάτων δὲ ἐπωπομάσθη διὰ τὸ πλατὺς εἶναι τὸ στέρον. ἄλλοι δὲ ὡς πλατὺν ἐν 10 λόγοις Πλάτωνα κληθῆναι. οὗτος ἐβίω ἔτη πβ'.

Δέκατος Ἀριστοτέλης. οὗτος ἀκροατὴς γενόμενος τοῦ Πλάτωνος εἰς τέχνην τὴν φιλοσοφίαν ἤγαγε και λογικώτερος ἐγένετο, τὰ μὲν στοιχεῖα τῶν πάντων ὑποθέμενος, οἷον τὴν οὐσίαν και τὸ συμβεβηκός, τὴν μὲν οὐσίαν μίαν τοῖς πᾶσιν ὑποκειμένην, τὰ δὲ 15 συμβεβηκότα ἐνέα, και τὴν μὲν οὐσίαν τοιαύτην εἶναι οἷον θεὸν D και ἄνθρωπον και ζῷον, περὶ ᾧ και τὰ συμβεβηκότα θεωρεῖται, τὸ μὲν ποῖον οἷον λευκὸν μέλαν, τὸ δὲ ποσὸν οἷον δίπηχυ τρίπηχυ και διπλάσιον και ἥμισιον και μείζον, τὸ δὲ πρός τι οἷον πατὴρ υἱός, τὸ δὲ ποῦ οἷον Ἀθήνησι Μεγάροις, ἐν οἰκίᾳ, ἐν ἀγορᾷ, τὸ δὲ 20 ποτε οἷον χθὲς πέρυσιν, ἐπὶ τῆς δεκάτης Ὀλυμπιάδος, τὸ δὲ ποιεῖν οἷον γράφειν τέμνειν καλεῖν και ὄλωσ ἐνεργεῖν τι, τὸ δὲ πάσχειν οἷον τέμνεσθαι καλεσθαι τύπτεσθαι, τὸ δὲ ἔχειν οἷον κεκτῆσθαι ὠπλοσθαι, τὸ δὲ κείσθαι οἷον κατάκειται ἀνάκειται

rum animas alias in alia corpora immigrare, prout quaeque meruit, easque statis quibusdam peractis circuitibus in hunc mundum redire, ut sibi suae voluntatis specimen exhibeant. esse quasdam animas cum Iove, quasdam cum aliis diis. fatum quoque esse, sed non omnia fato fieri. ac Plato quidem tres totius philosophiae partes complexus, quarum prima de rerum natura, secunda de moribus, tertia de disserendi est ratione, huiusmodi opiniones tenuit. nomen Platonis habuit a latitudine pectoris (est enim Platos Graecis latitudo) vel, ut aliis videtur, ab orationis latitudine. vixit annos octoginta duos.

Decimus Aristoteles. is cum audivisset Platonem, artem philosophandi constituit. disserendi rationem subtiliorem rededit, principia omnium rerum statuens substantiam et accidentia, quorum illa omnium esset subiectum, haec in novem classes distinguerentur. substantiam, ut verbi causa deus, homo, animal, in quibus nimirum accidentia considerantur, qualitas, ut album, nigram; quantitas, ut bicubitum, tricubitale, duplum, dimidium, maius; relatio, ut pater, filius; ubi, ut Athenis, Megarum, domi, in foro; quando, ut heri, superiore anno, decima Olympiade; actio, ut scribere, secare, urere, atque omnino agere aliquid; passio, ut secari, uri, feriri; habitus, ut possidere, armatum esse; situs, ut decumbere, accumbere, sedere, accipere. in

κάθ'ηται δέχεται. ὁ αὐτὸς Ἀριστοτέλης σχεδὸν τὰ πλεῖστα συμ-
 P 161 φωνεῖ τῷ Πλάτῳ, πλὴν τοῦ περὶ ψυχῆς δόγματος. ἐπιδιαμέ-
 ρειν γὰρ φησι, καὶ μετὰ ταῦτα αὐτὴν συναφανίσσεται τῷ πέμπτῳ
 σώματι· ὑποτίθεται γὰρ οὗτος καὶ πέμπτον σῶμα μετὰ τῶν
 ἄλλων σωμάτων τῶν τεσσάρων, οἷον πνεῦμα· τὴν γὰρ ψυχὴν 5
 ὅλου τοῦ κόσμου φησὶν ἀθάνατον εἶναι, καὶ αὐτὸν τὸν κόσμον
 αἰδίδιον, τὴν δὲ καθ' ἑκαστον, ὡς προείπομεν, ἀφανίσσεται.

Ὅτι ἐπὶ Ἀρταξέρξου τοῦ Ὠγοῦ ἦν ὁ Ἀριστοτέλης, ἐτελεύτησε
 δὲ βιώσας ἔτη 8. ἐκλήθησαν δὲ οἱ μὲν ἀπὸ Ζήνωνος ἀπὸ τῆς
 ποικίλης στοῦς Στωϊκοί, οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀριστοτέλους ἀπὸ τοῦ 10
 ἔργου Περιπατητικοί· περιπατοῦντες γὰρ ἐν τῷ Λυκείῳ ἵκαιοσαντο
 τὰς ἱετήσους.

B Ἐνδεκάτῃ αἵρεσις τῶν Στωϊκῶν. καὶ οὗτοι ὑπέθετο ἀρχὴν
 μὲν τῶν πάντων θεόν, καὶ τὸ καθ' εἰμαρμένην τὰ πάντα διεβε-
 βαιώσαντο. τὴν σελήνην λέγουσιν ἀθάνατον εἶναι. σῶμα δὲ 15
 λέγουσι γενέσθαι ἐκ τῆς περιψύξεως τοῦ ἀέρος τοῦ περιέχοντος·
 διὸ καὶ ψυχὴν αὐτὴν καλοῦσιν. ὁμολογοῦσι καὶ μετενσωμάτωσιν,
 ὠρισμένων οὐσῶν τῶν ψυχῶν.

Δωδέκατος Ἐπικουρος. οὗτος σχεδὸν ἐναντίαν πᾶσιν δόξαν
 ἔθετο. ἀρχὰς μὲν τῶν ὅλων ὑπέθετο ἀτόμους καὶ κενόν, κενὸν 20
 μὲν οἷον τὸν τόπον τῶν ἵσομένων, ἀτόμους τὴν ὕλην ἐξ ἧς τὰ
 πάντα. ἐκ δὲ τῶν ἀτόμων συνελθουσῶν γενέσθαι καὶ τὸν θεὸν
 καὶ τὰ στοιχεῖα καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, ὡς μηδὲν μήτε γενέσθαι

plurisque omnibus Aristoteli cum Platone convenit, excepto de anima iudicio. manere enim eam post corpus sentit, ac postea cum quinto corpore aboleri. ponit enim hic, praeter quattuor corpora, quintum quoddam, velut spiritum. animam enim totius mundi ait esse immortalem, ipsamque mundum aeternum, singulorum autem animas, ut diximus, interire.

Vixit Aristoteles annos 70 et fuit tempore Artaxerxis Ochi. Zenonem secuti philosophi a porticu, quae ob picturae varietatem stoa Poecile Graecis dicitur, Stoici nominantur. Aristotelei autem Peripatetici a deambulando, quod Graece peripatein dicitur: obambulantes enim in Lyceo disputabant.

Undecima philosophorum secta Stoici. hi quoque deum principium omnium rerum statuerunt, contenderuntque omnia fato fieri. Ineam dicunt esse immortalem, corpus eius natam esse ex aëris circumdati refrigeratione. unde et Psychon, id est animam, eam appellant, cum psychos Graece frigus significet. numerum animarum definitum statuunt, easque de corporibus in corpora migrare.

Duodecimus est Epicurus. is fere omnia his contraria censuit. principia rerum posuit atomos ac inane, hoc ut locum rebus natis recipiendis, atomos ut omnium materiam. earum atomorum congressu et deum et elementa et quae in iis sunt omnia existitisse; neque quicquam

- μήτε ἐστάναι εἰ μὴ ἐκ τῶν ἀτόμων ἦν. ἀτόμους δὲ λέγουσι τὸ C
 λεπτομερέστερον, καὶ μεθ' ὧν οὐκ ἂν γένοιτο κέντρον ἢ σημεῖον
 οὐδέν, οὐδὲ διαίρεσις οὐδεμίαν. τὸν δὲ θεὸν ἀίδιον καὶ ἀφθαρτον
 ὄντα μεθ' ὅλων τιτὸς προνοεῖν. καὶ ὅλων πρόνοια, φησὶν, οὐκ
 5 ἔστιν, οὐδὲ εἰμαρμένη, ἀλλ' αὐτοματισμῷ πάντα γίνεσθαι. τὸ
 δὲ οὐκ ἐκτελεῖται τοῦ θεοῦ ἔξω τοῦ κόσμου εἶναι λέγει, ἐν τοῖς μετα-
 κοσμίοις οὕτω καλουμένοις τόποις· ἡσυχάζων γὰρ ἡδεται ἐν τῇ
 ἀκροτάτῃ εὐφροσύνῃ, καὶ οὕτε αὐτὸς βούλεται πράγματα ἔχειν
 οὕτε ἄλλω παρέχειν. τέλος δὲ τῶν ἀγαθῶν καὶ σοφῶν ἀνδρῶν
 10 τὴν ἡδονὴν εἶναι φησιν, εἴτε τὴν κατὰ τὰς θνητὰς ἐπιθυμίας εἴτε
 τὴν κατ' ἀρετῆν. αἷμα δὲ καὶ τὰς ψυχὰς εἶναι, καὶ συνδιαλύε-
 σθαι τοῖς σώμασιν ὡσπερ καὶ συγγενῶνται. κρίσειν φησὶ μὴ εἶναι D
 μήτε δικαστήρια, ἀλλ' ἀνευθύνους εἶναι παντελῶς τοὺς τὰ ἄδυσμα
 δράσαντας.
- 15 Τρισκαίδεκατος Σέξτος καὶ Πύρρωνες, ὁ μὲν μὴ εἶναι πάντη
 γνωστὸν καὶ καταληπτὸν ὁ Σέξτος δογματικῶν, ἐπέχων καὶ ἐν-
 ιστάμενος· οὗτος καὶ πρὸς πῦσαν ἀντεῖπε τέχνην καὶ ἐπιστήμην.
 ὁ δὲ Πύρρων φιλόσοφος ὧν ἐφεκτικὸς ἐκαλεῖτο, ἐνιστάμενος κατὰ
 τοῦ ἔξεναντίας, φιλοσόφου καὶ τούτου ὄντος. οὗτος πάντα γνω-
 20 στὰ καὶ καταληπτὰ ἔφασκεν εἶναι, καὶ οὕτω τὰ ἀλλήλων λογο- P 162
 μαχοῦντες ἀγῆρουν.

Ἀκαδημαῖκοι καὶ Πυρρωνεῖσι ἄλλη αἵρεσις φιλοσόφων.
 ἐκλήθησαν δὲ Ἀκαδημαῖκοι διὰ τὸ ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ τὰς διατριβὰς

aut ortum aut constare nisi ex atomis. ita vocant tenuissima corpuscula, quae centro aut puncto nullo dividi possant. deum immortalem nullius omnino rei curam gerere; neque esse aut providentiam ullam aut fatum aliquod, sed omnia fortuito evenire. habitationem deo assignat extra mundum, in iis quae ipse vocat intermundiis: ibi cum otiosum summa in voluptate agere, neque eam aut negotia habere velle aut aliis facescere. finem bonorum, ac in quem sapientes tendant, voluptatem esse, sive eam quae mortales sequitur cupiditates, sive eam quae virtutibus comitatur. animas esse sanguinem, et cum corporibus ut nasci sic etiam interire. nullum iudicium expectandum aut tribunal metuendum, sed impunes prorsus futuros qui flagitiose vixerint.

Decimus tertius Sextus et Pyrrho. Sextus quicquam cognosci aut percipi posse negavit, itaque sustinendam assensionem, et resistendum ei; idemque contra omnes artes atque scientias disputavit. Pyrrho autem philosophus epheticus appellabatur, quod assensionem tolleret. disputabat enim contra alium philosophum, qui omnia cognosci ac comprehendi posse contendebat. sic illi verbis altercantes, alter alterius refellebant opinionem.

Est ergo Academicorum et Pyrrhonorum philosophorum peculiaris secta, et Academia vocabantur, quod in Academia commorabantur.

αὐτοὺς ποιῆσθαι. ὦν ἄρξας ὁ Πύρρων, ἀφ' οὗ Πυρρώνειοι ἐπεκλήθησαν φιλόσοφοι, τὴν ἀκαταληψίαν ἀπάντων πρῶτος εἰσήγαγεν, ὡς ἐπιχειρεῖν μὲν εἰς ἑκάτερα, μὴ μέντοι ἀποφαίνεσθαι μηδέν· οὐδὲν γὰρ εἶναι ἔλεγε οὔτε νοητὸν οὔτε αἰσθητὸν ἀληθές, ἀλλὰ δοκεῖν τοῖς ἀνθρώποις οὕτως ἔχειν. 5

Οὗτοι μὲν οὖν πάντες ἐπὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεώς τε καὶ γενέσεως ταύτης, καθὼς ἔξεθέμεθα, ἔξεῖπον τῇ αὐτῶν δόξῃ, **B** κάτω δὲ τοῦ Θείου πάντες χωρήσαντες περὶ τῶν γινομένων οὐσίαν ἡσυχολήθησαν, τὰ μεγέθη τῆς κτίσεως καταπλαγέντες καὶ αὐτὰ τὸ Θεῖον εἶναι νομίζοντες, ἕτερος ἕτερον μέρος τῆς κτίσεως προ- 10 κρίναντες, τὸν τούτων Θεὸν καὶ δημιουργὸν οὐκ ἐπέγνωσαν. ἡμεῖς δὲ τῶν ἐφεξῆς ἱστοριῶν πάλιν τὴν τάξιν ἀναλαβόντες τοῦ λόγου ἐχώμεθα.

Πτολεμαῖος ὁ Λάγον ἐβασίλευσεν Αἰγύπτου ἔτη τεσσαράκοντα (ἐπὶ τούτου Ἐπίκουρος ὁ φιλόσοφος ἐγνωρίζετο) μετὰ Λα- 15 ρεῖον Ἀρσάμον, ὃν διὰ τοὺς τῶν Ῥωμαίων βασιλεῖς παρελπίομεν, βασιλεύσαντα ἔτη 5· ὃν καὶ ἀνείλεν Ἀλέξανδρος, καταλύσας τὴν βασιλείαν Περσῶν διαρκέσασαν ἔτη σμ'. αὐτὸς δὲ ὁ Ἀλέξανδρος **C** πάσης γῆς σχεδὸν κυριεύσας ἐν Βαβυλῶνι τελευτᾷ. διαιροῦνται δὲ τὴν βασιλείαν οἱ μεγιστᾶνες αὐτοῦ, καὶ βασιλεύουσι Πτολε- 20 μαῖος μὲν ὁ Λάγον Αἰγύπτου καὶ καθ'ἑξῆς Πτολεμαῖοι ἕως Κλεοπάτρας θυγατρὸς Διονυσίου, τῆς δὲ Ἀσίας πάσης Ἀντίγονος ἐκράτει, τῆς δὲ Ἀσσυρίας καὶ Βαβυλῶνος καὶ Παλαιστίνης

princeps eorum Pyrrho, a quo Pyrrhoni dicti sunt, nihil percipi posse affirmavit; iussitque in utramque partem disputare, de neutra quicquam pronuntiare: nihil enim vere neque sensu percipi, videri tantum hominibus ita habere.

Hi ergo omnes de universi natura et ortu ea senserunt ac tradiderunt quae rettulimus; infraque dei cognitionem subsistentes, in rerum caducarum natura studium occupaverunt cognoscenda, ad magnitudinem rerum creaturarum stupentes, easque pro numine ipso amplexi. ita alius aliam creaturae partem praeferebant, deum horum opificem non agnovērunt. nos autem deinceps sequentes historias persequi aggrediemur.

Ptolemaeus ergo Lagi filius Aegypti regnum annos 40 gessit (eius aetate Epicurus philosophus innotuit) post Darium Arsamis filium quem Romanorum regum causa referendorum omisimus, regno functum annos 6. quo interfecto Alexander Persicum regnum abolevit, tractum per annos 240. Alexander totius prope orbis terrarum imperium adeptus Babylone mortuus, regnum eius inter proceres divisum est. Ptolemaeus Lagi filius Aegypti regnum obtinuit; ac post eum Ptolemaei alii 13 usque ad Cleopatram Dionysii filiam. Asia universam Antigonus occupavit. Assyriae Babylonis et Palaestinae regno potitus est Seleucus Nicator;

Σέλευκος ἐκράτει ὁ Νικάνωρ. μετὰ δὲ Σέλευκον ἐβασίλευσεν Ἀν-
 τιοχος υἱὸς αὐτοῦ καὶ ἄλλοι ἑ'. εἶτα ἐβασίλευσεν Ἀντιοχος ὁ ἐπι-
 φανής, υἱὸς Σελεύκου τοῦ Φιλοπάτορος· ὅφ' οὗ γέγονεν ἡ δευ-
 τέρα ἄλωσις Ἱερουσαλήμ, καὶ τὰ Μακκαβαίων ἐπράχθη, καὶ τὸ
 5 ἱερὸν ἐμολύνθη κατὰ τὴν τοῦ Δαυὶδ πρόφρησιν. ἐπὶ γὰρ τῶν
 ἡμερῶν τούτων ἐπληθύνθη ἐν τῇ γῆ τὰ κακὰ, ὅφ' ὧν ἐξῆλθε ῥίζα
 ἁμαρτωλῶς Ἀντιοχος ὁ ἐπιφανής, υἱὸς Σελεύκου τοῦ Φιλοπάτο- D
 ρος, ὃς ὑπάρχων δεινὸς ἀνὴρ καὶ πλεονέκτης, καὶ πολλὰς ἀρπα-
 γὰς καὶ λεηλασίας ποιήσας, συνήγαγεν ἀργύριον καὶ χρυσίον πο-
 10 θητόν, καὶ ἐκ πολλῆς οἰστρηλασίας καὶ ἀκολασίας εἰς τοὺς μίμους
 καθεῖς ἑαυτὸν ἐν ὕψει πάντων ἀναιδῶς ταῖς γυναιξίν ἐπεμαίνετο.
 ὃς κατὰ πρόσωπον τῆς βασιλείας χωροῦσης, ἠβουλήθη μίαν βασι-
 λεῖαν ποιῆσαι τὴν τε Ἀντιόχειαν καὶ τὴν Αἴγυπτον. καὶ δὴ τὴν
 Αἴγυπτον καταλαβὼν ἐν ὄχλῳ βαρεῖ καὶ ἐν ἄρμασι καὶ ἐλέφασι
 15 καὶ στόλῳ μεγάλῳ, συνάπτει πόλεμον πρὸς Πτολεμαῖον βασιλεῖα
 Αἰγύπτου· ὃν καὶ τρέψας κατεκράτησε τὰς ἐν Αἰγύπτῳ πόλεις,
 καὶ πάσας ἐσχύλευσε.

Τῆς δὲ ἀγίας πόλεως κατοικουμένης μετὰ πάσης εἰρήνης διὰ P 163
 τὴν τοῦ ἀρχιερέως Ὀνίου μισοπονηρίαν τε καὶ εὐσέβειαν, συνέβη
 20 καθ' ὅλην τὴν πόλιν σχεδὸν ἐφ' ἡμέραις μ' φαίνεσθαι διὰ τοῦ
 ἀέρος ἰππεῖς τρέχοντας ἐνόητους, διαχρούσους στολὰς ἔχοντας, καὶ
 προσβολὰς ἑκατέρων γινομένας καὶ ὄπλων κινήσεις καὶ χρυσέων
 κόσμων ἐκλάμψεις παντοίοις εἶδεσιν ἀμφιάσεων τεθωρακισμένους.
 διὸ πάντες ἤξιον ἐπ' ἀγαθῷ γενέσθαι τὴν ἐπιφάνειαν. ἦτις καὶ

cui successit Antiochus filius, et deinceps alii 15 usque ad Antiochum
 Epiphanem, Seleuci Philopatoris filium. hoc regnante Hierosolyma de-
 nuo capta et res Maccabaeorum gestae templumque, uti praedixerat
 Danielus, pollutum est. ea enim tempestate impleta est terra cala-
 mitatibus, postquam radix peccatorum Antiochus Epiphanes Seleuci
 Philopatoris filius prodiit. is Antiochus acer homo et cupidus, multis
 rapinis ac depraedationibus usus, argenti aurique magnas opes coegit,
 ac vesania intemperantiaque eo prolapsus est ut inter mimos in con-
 spectu omnium impudenter suae in mulieres libidini obsequeretur. idem
 regno prospere eunte statuit suo regno Aegyptum adiacere. itaque in
 Aegyptum cum magno exercitu, curribus elephantis ac classe magna
 profectus, bellum Ptolemaeo regi Aegypti intulit, eoque pulso urbes
 Aegypti omnes cepit ac depraedatus est.

Ho tempore cum sacra urbs Hierosolyma alta in pace incoleretur
 Oniae summi pontificis pietate ac in malos severitate, per 40 fere dies
 per totam urbem in aere visi sunt equi auratis armis tecti aciesque ad-
 versae inter se confligentes, utrinque motus armorum, omnisque generis
 aureorum thoracum atque integumentorum fulgor. quod ostentum uti
 bene verteret, omnes optaverunt: illud vero infelicem Antiochi adven-

προεδήλου τὴν πονηρὰν ἔφοδον Ἀντιόχου· ἀναξεδέξας γὰρ μετὰ νίκης πολλῆς καὶ τεθηρωμένους τὴν ψυχὴν παρέλαβε τὴν πόλιν δορυάλιστον, ἔκτα προστάξαντος τοὺς στρατιώτας ἀφειδῶς κόπτειν

B τοὺς παρατυγχάνοντας ἀνηρέθησαν γιλιάδες ρπ'. κατατολήσας οὖν καὶ εἰς τὸ ἅγιασμα εἰσελθὼν ἐν ὑπερηφανίᾳ πολλῇ, καὶ στήσας βωμὸν καὶ εἰδωλὸν βδέλυγμα ἐρημώσεως, καὶ τὸν ναὸν μίανος δι' ἀκαθάρτων θυσιῶν, ἱερὸν Διὸς Ὀλυμπίου προσωγορεύσας, καὶ ἐφ' ὑψηλοῦ τόπου καθίσας, ἐκέλευσε τοῖς δορυφόροις ἕνα ἕκαστον Ἑβραῖον καὶ κρεῶν χοιρείων καὶ εἰδωλοθύτων ἀπογοῦσθαι ἀναγκάζειν, εἰ δέ τινες μὴ θέλοιν, τούτους ἀνααιρεῖσθαι.¹⁰ πολλῶν δὲ συναρπασθέντων, ἕξ ὧν Ἐλεάζαρ τις τῶν πρωτεόντων γραμματέων, ἤδη προβεβηκὼς τὴν ἡλικίαν, ἠναγκάζετο μισοφραγῆσαι· ὁ δὲ τὸν μετ' εὐκλείας θάνατον μᾶλλον ἢ τὸν μετὰ μύσους βίον ἀναδεξιόμενος ἀδθαιρέτως ἐπὶ τὸ τύμπανον προσήγετο, καὶ οὕτω μετὰ πολλῶν πρότερον αἰκισμῶν καὶ μαστίγων¹⁵ ὑπαλλάξας τὸν βίον οὐ μόνον τοῖς νέοις ἀλλὰ καὶ τοῖς προβεβηκόσι τὸν ἑαυτοῦ θάνατον ὑπόδειγμα γενναιότητος καὶ ἀρετῆς κατέλιπε. μεθ' ὧν καὶ ἄλλοι τινὲς ἐπὶ ἀδελφοὶ μετὰ μητρὸς διαφόρως βασανισθέντες τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἐνδόξως ἀνεδήσαντο. ὑφ' ὧν ὁ τύραννος καταισχυνθὲς καὶ μᾶλλον ἐκμανεῖς, τὰ ἱερὰ²⁰ πάντα σκευὴ λαβῶν, χρυσὸν τε καὶ ἄργυρον ἄπειρον, καὶ πᾶσαν τὴν πόλιν λαφυραγωγῆσας καὶ τὰ κτήνη κριουρηγῆσας καὶ πολλὴν

D φονοκτονίαν ποιήσας καὶ μεγαλορρημονήσας ἀνεχώρησεν εἰς Ἀν-

tum designabat. revertens enim ex Aegypto Antiochus, insigni victoria elatus efferatoque animo Hierosolyma adortus, vi expugnavit; militibusque imperavit ut ingularent in quoscunque incidissent, neque cuiquam parcerent. ita 180 milia Iudaeorum caesi sunt. ceterum eo temeritatis progressus est Antiochus, ut etiam in sacrarium superbissime intraverit, aramque ibi et simulacrum statuerit, abominandum vastitatis signum; templumque impuris profanatum sacrificiis aedem Iovis Olympii denominaverit. sedens porro in sublimi loco satellites iussit ut Hebraeos singulatim ad carnes suillas ac sacrificia simulacrorum gustanda adigerent, recusantesque interficerent. inter multos qui tum eius rei causa comprehendebantur, fuit etiam Eleazarus scribarum princeps, proventa iam aetate. is cum ad cibum nefariam urgeretur, mortem gloriosam vitae flagitio contaminatae praetulit, ac sponte sua in nervum sese abduci passus est; ubi multis prius ac foedis tortus cruciatibus, vitam finiit, non adolescentibus modo sed et nati maioribus mortem suam magnanimitatis ac fortitudinis relinquens exemplum. post eum alii septem fratres una cum matre varie exornificati martyrii coronam gloriose rettulerunt. ab his tyrannus turpitudinis convictus maiore furore exarsit; sacrisque omnibus vasis abreptis aurique et argenti vi immensa, et urbem totam depopulatus, mactatis etiam pecudibus et caede hominum magna edita, iactabundus Antiochiam rediit. post biennium

τιόχειν. καὶ μετὰ δύο ἔτη κατὰ Περσῶν ἐπιστρατεύσας ἀπέ-
 σταλεν ἄρχοντα φορολογῆσαι τὴν πόλιν Ἱερουσαλήμ, ὃς παρα-
 γνόμενος μετὰ πολλῆς δυνάμεως καὶ λαλήσας εἰρηνικοῦς λόγους
 μετὰ ὀδλου πρὸς τὴν Ἱερουσαλήμ καὶ εἰσελθὼν ἐπάταξεν αὐτὴν
 ἐπιληγῆ μεγάλη καὶ καθελὼν τὰ τείχη πᾶσαν ἐπέρησε, καὶ τὸ μὲν
 ἱερὸν μιαρῶν θυσαῶν ἐπέλησε, τοὺς δὲ μὴ προαιρουμένους τῶν
 Ἰουδαίων ἑλληρῶσι ἀφειδῶς κατέκτεινε. πολλοὺς οὖν ἀνελὼν
 ἀπῆλθεν, ἄρχοντα καταλιπὼν εἰς τὸ βασιλεῖεν τοὺς Ἰουδαίους.
 Ματθίας δὲ τις ἱερεὺς ἔχων υἱοὺς πέντε, ἀπ' ὧν Ἰούδας ὁ Μακ- P 164
 10 καθαίος ἐτόγγαγε, ζήλου πλησθεὶς καὶ ὀρμήσας κατὰ τοῦ ἀρχον-
 15 τος ἀνέλειν αὐτόν. καὶ συναγωγῶν ὑπαντας τοὺς περὶ αὐτὸν ἀπέρ-
 χεται καὶ κατασκάπτει τοὺς ἀκαδάφτους βωμοὺς τῶν Ἑλλήνων,
 καὶ τοὺς ἀποστάνας τοῦ νόμου ἀναιρεῖ. ὁ δὲ γε Ἀντίοχος ἀκό-
 σμως τε καὶ ἠττημένος ἐκ τῆς Περσίδος τὴν ὑποτροφήν ποιού-
 20 μνος, ἐκ πολλῆς ἀθυμίας ἀρρωστήσας ἔφη πρὸς τοὺς οικεῖους
 25 αὐτοῦ “ἀφίσταται ὁ ὕπνος ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν μου, καὶ συμ-
 πέτωκα ἀπὸ τῆς μερίμνης. νῦν οὖν μιμησκόμαι τῶν κακῶν ὧν
 ἐποίησα ἐν Ἱερουσαλήμ. ἔγνω ὅτι χάρις τούτων εὔρον τὰ κακὰ
 ταῦτα, καὶ ἰδοὺ ἀπόλλυμαι ἐν γῆ ἄλλοτριᾷ.” καὶ συνέταξε τὸν
 30 ἀρματηλάτην αὐτοῦ ἐλαύνειν ἀνενδύτως, ἐπαιθανόμενος ἐναργῶς B
 τῆς ἀνωθεν κρίσεως τὴν τιμωρίαν. συνέλαχε γὰρ αὐτὸν ἀνήκεστος
 ἀλγηδῶν τῶν σκλάγγων· συνέβη δὲ πεσεῖν αὐτὸν καὶ ἀπὸ τοῦ
 ἀρματος ῥαδίῳ φερόμενον, καὶ δυσχερεῖ πτώματι περιπεσεῖν, καὶ
 πάντα τοῦ σώματος ἀποστρεβλοῦσθαι τὰ μέλη, ὥστε καὶ σκώλη-

expeditionem in Persas parans legatum misit, qui Hierosolymis tribu-
 tum exigeret. is cum magnas adduxisset copias, asta pacata omnia le-
 quens urbem intravit, inque ea crudeliter caede grassatus muros deiecit
 urbemque incendit; templum quoque impiis sacrificiis opplevit, et Iudaeos
 qui Graecis ritibus uti recusarent, promiscue occidit; ablitque relicto
 praefecto qui Iudaeos torqueret. at sacerdos quidam nomine Matthias,
 quinque filios habens, quorum unus fuit Indas Maccabaes, indignitate
 rei stimulatus in praefectam impetum fecit, eoque trucidato omnes suos
 congregavit, Graecorumque incestas aras subvertit, et eos qui a lege
 divina desciverant interemit. sed Antiochus tarpiter ex Perside rever-
 tens, accepta clade, prae nimio moerore in morbum incidit, familiari-
 busque suis fasces est se insomnio torqueri ac sollicitudine confiel: nunc
 se recordari quae Hierosolymis maleficia exercuisset, et sentire propter
 ista in has se calamitates devenisse, inque alieno sole perire. simul
 aurigae suo mandavit ut citato cursu pergeret, perspicue animadvertens
 divinitus immissum supplicium. vexabatur insaniabili intestinorum do-
 lore. accidit autem ut de curru praecoeps cum impetu deturbaretur,
 eoque casu afflicti omnia membra corporis excruciantur, ac vermes

κας ἐκβράσαι καὶ ἐν ὀδύναις μεγίσταις κατακίπτειν αὐτοῦ τὰς σάρκας. καὶ οὕτως αἰσχίστῳ μύθῳ τὸν βίον ἐπὶ ξένης κατέστρεψε.

Μετὰ δὲ Ἀντίοχον ἐβασίλευσεν Ἀντίοχος ὁ Ἐπὲμπερ, υἱὸς αὐτοῦ, ἐφ' οὗ Ἰούδας ὁ Μακκαβαῖος τοὺς φρουράρχας ἔ-
 Ἀντιόχου τροπικωσάμενος ἐπέλθειν καθ' αὐτοῦ Ἀντίοχον παρε-
 C σκεύασε μετὰ χιλιάδων ἵππῶν εἴκοσι καὶ πεζῶν χιλιάδων ἑκατὸν
 καὶ ἄρμάτων τριακοσίων καὶ ἐλεφάντων τε ἑγεγνησμένων πρὸς
 πόλεμον. ὃς καὶ διελὼν τοὺς ἐλέφαντας εἰς τὰς φάλαγγας παρε-
 στησεν ἐκάστῳ ἐλέφαντι ἄνδρας χιλλοὺς τεθωρακισμένους ἐν ἄλυ-
 10 σειδωτοῖς, καὶ περικεφαλαῖαι χαλκαῖ ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ
 ἵππεῖς ἐκλεκτοὶ πεντακόσιοι διατεταγμένοι ἐκάστῳ θηρίῳ, καὶ πύρ-
 γοι ξύλινοι ἐφ' ἐκάστῳ θηρίῳ διὰ μηχανῆς, καὶ ἐφ' ἐκάστῳ ἄν-
 δρες δυνάμειος ἔνοπλοι τριακονταδύο. ὡς δὲ κατέλαμπεν ὁ ἥλιος,
 ἐπὶ τὰς χρυσᾶς ἀσπίδας καὶ τὰ ἄρματα, ἔστιλβε τὰ ὄρη ἀπ' αὐ-
 15 τῶν ἦν γὰρ ἡ παρεμβολὴ μεγάλη καὶ λοχυρὰ λίαν. καὶ ὡς ἐπέ-
 D τεινεν ἡ μάχη, θεασάμενος Ἐλεάζαρ ὁ ἀδελφὸς Ἰούδα πεπυρω-
 μένους τοὺς ἐλέφαντας καὶ τοξότας ἐπ' αὐτῶν φερομένους, ἔνα-
 δ' ἰδὼν ὑψηλότερον τῶν ἄλλων καὶ βασιλικοῦς θώραξι καθω-
 πλισμένον, καὶ νομίσας ἐπ' αὐτὸν φέρεσθαι τὸν βασιλεῖα, ἐκπη-
 20 δήσας τῆς παρατάξεως ἐμπλέκεται τῷ τῶν πολεμίων ἀθροίσματι,
 καὶ πολλοὺς ἀποκτείνας τῶν περὶ τὸν ἐλέφαντα ὑποκίτῳθεν αὐτοῦ
 ὑπέδν, καὶ πατάξας εἰς τὴν γαστέρα τὸν ἐλέφαντα ἐπικαθίσαι καὶ
 συντριῖναι αὐτὸν τὸ θηρίον ἐποίησεν. ὅπερ Ἰούδας θεασάμενός
 καὶ κραταιότερον τὸν πόλεμον αἰσθόμενος εἰς Ἱερουσαλὴμ ἔφυγε. 25

quoque erumperent, gravissimisque doloribus carnes etiam deciderent. ita ille vitam in aliena terra cum turpissima morte commutavit.

est, ii qui salute digni sunt. sed quod praecipue quaerebatur, nondum demonstravimus, nimirum tempus malorum istorum. nam sicut primae calamitati 400 annos definivit deus, secundae 70, ita videamus an hic quoque certum tempus statuatur. id ergo invenimus in iis verbis quae apud vatem sequuntur. postquam Danielus insaudivit de calamitatibus istis multis atque magnis, de incendio urbis, legis abrogatione et servitute populi, cupit tandem eorum finem cognoscere, et si qua sit futura istorum malorum mutatio. itaque sic interrogat (cap. 12) “domine, quis horum erit finis?” et respondetur “vade Daniele, quia sermones isti usque ad exitum temporis obsignati sunt.” ita obscuritas dictorum innuitur. additurque causa cur permissum sit ea mala incidere: “donec” inquit “ellegantur atque igne perpurgentur multi, et impii impie agent, neque sapient scelesti, prudentes autem sapient.” inde tempus nominat, quamdiu mala ista essent Iudaeos pressura. “ab eo” inquit “tempore, quo sacrificium iuge mutatum fuerit.” iuge seu assiduum sacrificium vocatur quotidianum: quotidie enim Iudaei mane ac vesperi solebant deo rem sacram facere. ab eius ergo mutatione, hoc est ab eius abolitione, dies sunt 1290, nimirum anni 3 s. deinde malorum istorum finem fore infert: “beatus qui perfert et sustinet usque

ριος ὁ ὑπομείνας καὶ φθάσας εἰς ἡμέρας, ατλέ," ταῖς μολ' με' προθεῖς, ἐπειδὴ ἐν μηνὶ καὶ ἡμισυ μηνὸς τὴν συμβολὴν συνέβη γενέσθαι, ἐν ἧ γέγονε καθαρὰ ἡ νίκη καὶ ἡ παντελής τῶν ἐπικει-
C μένων κακῶν ἀπαλλαγὴ. εἰπὼν γάρ "μακάριος ὁ ὑπομείνας καὶ φθάσας εἰς ἡμέρας, ατλέ" τὴν ἀπαλλαγὴν ἐδήλωσε. καὶ οὐχ 5 ἀπλῶς εἶπεν "ὁ φθάσας." ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ τῶν ἀσεβησάντων εἶδον τὴν μεταβολὴν, οὐκ ἐκείνους μακαρίζει, ἀλλὰ τοὺς ἐν τοῖς καιροῖς τῶν κακῶν ὑπομείναντας καὶ μὴ προδόντας τὴν εὐσέβειαν καὶ τῆς ἀνέσεως τυχόντας. ἄρα τι τούτων σαφέστερον γένοιτ' ἄν; 10

"Ὡρα δὴ λοιπὸν ἐπὶ τὸ ζητούμενον ἐλθεῖν καὶ τὴν παροῦσαν αἰχμαλωσίαν καὶ δουλείαν, δι' ἣν καὶ πάντα κεκινήκαμεν ταῦτα. διτι μὲν οὖν αἱ τρεῖς προαναηγορεύθησαν αἰχμαλωσίαι, ἡ μὲν ἔτη ἔχουσα ὄ, ἡ δὲ ὄ, ἡ δὲ τρία ἡμισυ, ἱκανῶς ἐντεῦθεν ἡμῖν, ὡς
D οὐδὲν τε, ἀποδέδεικται. φέρε δὴ λοιπὸν καὶ περὶ ταύτης εἰπόμεν. 15 ὅτι γὰρ καὶ περὶ τῆς ἐσχάτης τετάρτης καὶ τελευταίας προαναφώνησεν ὁ προφήτης οὗτος, αὐτὸν παρέξομεν τὸν Ἰωσήπον μάρτυρα, τὸν τὰ ἐκείνων φρονούντα. ἐπειδὴ γὰρ εἶπε τὰ περὶ τῆς Ἀντιόχου αἰχμαλωσίας καὶ μάρτυρα τὸν προφήτην παρήγαγεν, ἐπάγει καὶ περὶ ταύτης, καὶ φησὶ "τὸν αὐτὸν γέ τοι τρόπον Δανιὴλ καὶ περὶ 20 τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀνέγραψε, καὶ διτι ἐπ' αὐτῶν ἐρημωθήσεται τὰ Ἱεροσόλυμα καὶ ὁ ναὸς καταλυθήσεται." σὺ δὲ μοι σκόπει τὸ φιλάληθες τοῦ ἀνδρός, ὃς εἰ καὶ Ἰουδαῖος ἦν, ἀλλ' οὐκ

15 ταύτης] τῆς τετάρτης margo P

ad dies 1335," addens prioribus dies 45: nam mense toto et dimidio exacto pugna est commissa solidaque victoria parta et omnibus malis prorsus liberati Iudaei. dicens enim "beatus qui perfert et sustinet dies 1335" liberationem a malis declaravit. neque simpliciter eum vocat beatum qui ad eum usque diem pertigerit. nam multi etiam impii mutationem istam viderunt; neque tamen eos felices dicit, sed eos tantum qui in istis calamitatibus patientia usi pietatem non proderunt, atque tunc sublevati sunt. hisne aliquid evidentius dici potest?

Tempus ergo est ut ad institutum revertamur, cuius gratia haec adduximus, et de ultimo Iudaeorum exsilio dicamus. satis enim perspicue demonstravimus trium priorum calamitatum tempora expresse praedicta fuisse, annorum 400, annorum 70, annorum 3 s. dicamus ergo etiam de quarta: nam de hac etiam quarta atque postrema Danielum vaticinatum, vel Iosephum, hominem ab ipsorum partibus, testem citare licet. cum enim de excidio Antiochico locutus Danieli testimonio sua confirmasset, de quarto sic infert "eodem modo Danielus etiam de Romanorum imperio vaticinatus est, Hierosolymam ab eis vastatam templumque eversum iri." ac mihi veritatis studium in eo viro considera,

ἠνέσχετο ζηλώσαι τὴν Ἰουδαϊκὴν φιλονεικίαν τε καὶ ψευδηγορίαν.
 εἰπὼν γὰρ ὅτι ἐρημωθήσεται τὰ Ἱεροσόλυμα καὶ ὁ ναὸς κατα-
 λυθήσεται, ἔγραψεν, ὅτι δὲ στήσεται πον τὰ τῆς ἐρημώσεως P 232
 οὐκέτι προσέθηκεν, ἐπειδὴ μηδὲ τὸν προφήτην εἶρε τοιοῦτόν τι
 5 προσθέντι. ποῦ τοίνυν εἶπε Δανιὴλ ὅτι ὁ ναὸς ἐρημωθήσεται;
 ἄκουσον. ἐπειδὴ γὰρ τὴν προσευχὴν ἐκείνην τὴν ἐν σάκκῳ καὶ
 σποδῷ ἐποίησατο, ἦλθε Γαβριὴλ πρὸς αὐτόν, καὶ φησὶν “ἔβδο-
 μήκοντα ἑβδομάδες συνετήθησαν ἐπὶ τὸν λαὸν σου καὶ ἐπὶ τὴν
 πόλιν τὴν ἁγίαν.” ἰδοὺ καὶ ἐνταῦθα χρόνος εἴρηται ἐκ τῆς αἰχμα-
 10 λωσίας, ἀλλὰ μεθ’ ὅσον χρόνον ἐμέλλεν ἡ αἰχμαλωσία ἀπαντή-
 σισθαι. εἶτα πάλιν φησὶν ἀκριβέστερον “καὶ γνώση καὶ συνήσεις
 ἀπὸ ἐξόδου λόγων τοῦ ἀποκριθῆναι καὶ τοῦ οἰκοδομηῆσαι Ἱερουσα-
 λὴμ, ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου, ἑβδομάδας ζ’ καὶ ἑβδομάδας ἔβ’.” B
 ἐνταῦθά μοι νουνεχῶς πρόσχε· τὸ γὰρ πᾶν ἐνταῦθά ἐστὶ τὸ ζη-
 15 τούμενον. ἑβδομάδες οὖν ζ’ καὶ ἑβδομάδες ἔβ’ υπὲρ ἔτη εἰσὶν.
 ἑβδομάδας γὰρ οὐχ ἡμερῶν ἐνταῦθα λέγει, οὐδὲ μηνῶν, ἀλλ’
 ἑβδομάδας ἐνωπιῶν. ἀπὸ δὲ Κύρου ἐπὶ Ἀντίοχον τὸν ἐπιφανῆ
 καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν ἐκείνην ἔτη εἰσὶ τεθδ’. εἶτα διδάσκων ἡμᾶς
 πόθεν ἀριθμεῖν δεῖ, ὅτι οὐκ ἀπὸ τῆς ἡμέρας τῆς ἐπανόδου ἀλλ’
 20 ἀπὸ ἐξόδου λόγων τοῦ ἀποκριθῆναι καὶ τοῦ οἰκοδομηῆσαι Ἱερου-
 σαλήμ. οὐκ ἐπὶ Κύρῳ δὲ ὠκοδομήθη, ἀλλ’ ἐπὶ τοῦ Ἀρταξέρξου
 τοῦ μακρόχειρος. μετὰ γὰρ τὴν κάθοδον ἐπανῆλθε Καμβύσης,
 εἶτα οἱ Μάγοι, καὶ μετ’ ἐκείνους Δαρείος Ὑστάσπον, μεθ’ ὃν C
 Ξέρξης ὁ Δαρείου καὶ Ἀρταβάνης. εἶτα Ἀρταξέρξης ὁ μακρόχειρ

qui tametsi Iudaeus erat, Iudaicam tamen contendendi et mentiendi libi-
 dinem imitari noluit. cum enim excidium urbis et templi scripsisset,
 non addit quando ei calamitati finis sit futurus, quia ipsum quoque va-
 tem nihil tale addidisse videbat. audi vero ubi Danielis vastationem
 templi praedixerit. postquam sacco indutus et cinere conspersus deum
 deprecatus fuit, venit ad eum Gabrielus, ac dicit: 70 septimanae deci-
 duntur populo tuo, et urbi sanctae. ecce tempus quo non ipsius cala-
 mitatis mora, sed quando esset futura ea designatur. mox expressius
 ait “cognosces atque intelliges, ab exitu sermonis, cum decretum fiet de
 instauranda Hierosolyma, usque ad imperium uncti, erunt septimanae 7
 et septimanae 62.” atque hic mihi diligenter animum adverto: hic enim
 est id quod quaeritur. septimanae 7 et aliae 62 annos redigunt 483:
 non enim dierum, non mensium, sed annorum septimanae intelliguntur.
 iam a Cyro usque ad Antiochum Epiphanem et urbem ab eo captam
 anni sunt 394. docet porro nos, a quo initio anni sint numerandi: non
 a die redivit, sed a publicatione decreti de instauranda urbe. atqui
 non Cyro sed Artaxerxe demum Longimano regnante ea est relecta.
 nam a reditu Iudaeorum supervenit Cambyses, deinde Magi, post eos
 Darius Hystaspis filius, inde Xerxes Darii filius et Artabanus, tandem

ἔβασιλευσε τῆς Περσίδος· ἐν τῷ κ' ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ Νεεμίας ἀνελθὼν τὴν πόλιν ἀνέστησεν, ἄπερ ὁ Ἑσδρας ἀκριβῶς ἡμῖν διηγήσατο. ἂν τοίνυν ἐντεῦθεν τετρακόσιμιο ὄδοῦχοντα τρία θάμην ἔτη, ἤξομεν πάντως ἐπὶ τὴν κατασκαφὴν ταύτης, ὡς καὶ Ἰωσήπος αὐτῆς μαρτυρεῖ λέγων "τὴν δὲ τῆς πόλεως καὶ τοῦ ναοῦ 5 ἐρήμωσιν συνέβη γενέσθαι κατὰ τὴν Δανιὴλ προφητείαν, πρὸ ὧ καὶ ἡ γενομένην ἐτῶν." διὰ τοῦτο φησιν, οἰκοδομηθήσεται πλατεῖα καὶ περὶ τοίχος. ἐπειδὴν οὖν ἀναστῆ καὶ τὸ οἰκεῖον ἀπολάβῃ σχῆμα, ἀπ' ἐκείνου τὰς ὀ' ἑβδομάδας ἀριθμει. μετὰ δὲ τὰς D ἑβδομάδας ἔξολοθρευθήσεται χρίσμα, καὶ κρῖμα οὐκ ἔσται ἐν 10 αὐτῷ, καθὼς προεῖρηται. μετὰ γὰρ τὴν Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου γενομένην ἐρήμωσιν ἐπὶ Ἀδριανοῦ συστάντες οἱ Ἰουδαῖοι ἐσπούδαζον ἐπὶ τὴν προτέραν πολιτείαν ἐπαλεθῆν οἱ μάταιοι θεομαχοῦντες. χειρωσάμενος δὴ αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς καὶ τὴν πόλιν πῦσαν καταστρέψας καὶ τὰ λείψανα ὑφανίσας πάντα, καὶ μετὰ 15 ταῦτα αὐτὴν ἀνεγείρας, Αἰλίαν αὐτὴν προσηγέθρευσε κατὰ τὴν αὐτοῦ ἐπισημίαν. ὅθεν ὁ Χριστὸς μετὰ Ἀντίοχον τὸν ἐπιφανῆ παρυγενόμενος, καὶ προαναφωνῶν τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι αἰχμαλωσίαν, καὶ δεικνύς ὅτι ὁ Δανιὴλ περὶ αὐτῆς προεῖπε, φησὶν P 233 "ὅταν ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, τὸ ῥηθὲν διὰ Δανιὴλ 20 προφήτου, ἔστως ἐν τόπῳ ἁγίῳ, ὁ ἀναγενώσκων νοεῖται." ἐπειδὴ γὰρ ἕπαν εἰδῶλον καὶ πᾶν ἐκτύπωμα ἀνθρώπου βδέλυγμα παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἐκαλεῖτο, αἰνιγματωδῶς ἐμφαίνων τὸν ἀνδριάντα ἐκεῖνον, ὁμοῦ καὶ πότε καὶ ὑπὸ τίνος ἔσται ἡ αἰχμαλωσία προανήγ-

Artaxerxes Longimanus regno Persico est potitus. eius regni anno vigesimo Neemias profectus urbem reparavit; quod Esdras nobis accurate narrat. inde si numeremus annos 483, prorsus ad excidium eius pertingemus. sicut rursus his verbis testatur Iosephus: urbis autem et templi vastationem secundum Danielicum oraculum evenire contigit ante annos 408. propterea inquit, aedificabitur platea et murus. cum ergo refecta fuerit urbs suamque formam receperit, tunc incipe numerare 70 septimanas; quibus finitis, delebitur unctio et cessabit iudicium, uti prius diximus. omnivero post excidium urbis, quod Vespasiano et Tito imperantibus fuit, Adriano imperante Iudaei collecti irriti contra deum conatu aggressi sunt rem publicam pristinam instaurare. sed Adrianus eos armis domuit, urbemque funditus evertit, et reliquias eius omnes abolevit; aliamque inde ibi urbem condens de suo nomine Aeliam dixit. itaque Christus post Antiochi tempora exhibitus et futurum excidium praedicans, ostendensque de eo Danielum esse vaticinatum, ait "cum videbitis abominandum vastitatis signum, de quo Danielus vates locutus est, stare in loco sancto, qui legit, animum advertat." quia enim omne simulacrum et effigies humana a Iudaeis abominatio dicitur, per ambas illam statuum innuens, simul et quando et a quo urbs esset excin-

γειλεν. ὅτι δὲ περὶ τῶν Ῥωμαίων εἴρηται ταῦτα, καὶ Ἰώσηπος μαρτυρεῖ, καθὼς προέφημεν. τίς οὖν αὐτοῖς ὑπολείπεται λοιπὸν λόγος; ὅταν τὰς μὲν αἰχμαλωσίους οἱ προφηταὶ φαίνωνται μετὰ διωρισμένων χρόνων ἐλπύοντες, ταύτη δὲ μηδένα χρόνον ὄρισαντες, 5 ἄλλὰ τὸνναντίον ἐλπύοντες ὅτι μέχρι συντελείας ἔσται ἡ ἐρήμιωσις. B ὅτι μὲν εἰ τέλος ἡ παροῦσα ἔμελλε δουλεία λήψεσθαι, καὶ τοῦτο ἂν προεῖπον οἱ προφηταὶ καὶ οὐκ ἐσίγησαν, ἰκανῶς ἀπεδειξάμεν, τὰς αἰχμαλωσίους ἀπάσας μετὰ προρρήσεως δεῖξαντες ἐπενεχθεῖσας αὐτοῖς· ἐκάστης γὰρ τούτων καὶ τρόπους καὶ χρόνους προανακη- 10 ρυχθέντας διὰ τῶν θείων γραφῶν ἀπεδείξαμεν. τῇ παρούσῃ δὲ οὐδεὶς προφήτης ὥρισε χρόνον, ἀλλ' ὅτι μὲν ἦξει καὶ ἐρημώσει πάντα καὶ μεταστήσει τὴν πολιτείαν, καὶ μετὰ πόσον χρόνον τῆς ἐκ Βαβυλῶνος ἐπανόδου συμβήσεται, προεῖπεν ὁ Δανιήλ, ὅτι δὲ τέλος ἔξει καὶ στήσεται πού τὰ κακὰ ταῦτα, οὐτ' ἐκεῖνος ἐδήλω- 15 σεν οὐτ' ἄλλος τις προφήτης, ἀλλὰ καὶ τὸνναντίον, ὡς εἴρηται, προεῖπον ὅτι ἕως συντελείας καθέξει αὐτοὺς ἡ ταλαιπωρία αὕτη. C καὶ μάλα εἰκότως· καὶ γὰρ μαρτυρεῖ τοῖς εἰρημένοις ὁ τοσοῦτος διαγενόμενος χρόνος καὶ οὐτε ἕχνος οὐτε προοίμιον χρηστῆς μεταβολῆς ἐνδειξάμενος, καὶ ταῦτα πολλάκις ἐπιχειρησάντων αὐτῶν 20 ἀναστῆσαι τὸν ναόν, ἐπὶ Ἀδριανοῦ καὶ Κωνσταντίνου καὶ Ἰουλιανοῦ, καὶ διακωλυθέντων πρῶτον μὲν ὑπὸ στρατιωτῶν, ὕστερον δὲ ἐπὶ τοῦ παραβάτου πυρὸς τῶν θεμελίων ἐκπηδήσαντος καὶ κατασχόντος αὐτοὺς τῆς ἀκύρου φιλονεικίας τε καὶ παραβίσεως.

denda monstravit. atque id de Romanis esse dictum, etiam Iosephi testimonio docuimus. quid ergo Iudaeis superest quod dicant? quando vates calamitatum simul tempora praedicentes definita, huius nullum terminum constituerunt, sed contra vastitatem eam usque ad finem mundi duraturam pronuntiaverunt. satisque est a nobis demonstratum, si quidem finis esset futurus huic ultimo exsilio, vates divinos eum fuisse praedicturos et nequaquam silentio praeterituros. quippe superiores miseriae omnes cum ita praedixerint ut simul spatium quod duraturae essent definirent, modosque et tempora exprimerent, sicuti ex Scriptura docuimus, huic ultimae nemo eorum tempus constituit. id quidem urbis et rei publicae fore excidium, addito quot annos post reditum ex Babylone id eventurum esset, vaticinatus est Danielus: finem autem istis malis aliquem fore. neque ille neque quisquam omnino vatum praedixit: imo, uti diximus, contrarium pronuntiaverunt, usque ad finem mundi in istis miseriis futuros Iudaeos. idque admodum consentaneum fuit; et tantum ab illo excidio temporis elapsam iis testimonium perhibet, quo toto ne vestigium quidem ullum aut principium bonae mutationis sese ostendit. et quidem Iudaei saepe conati templum reficere sub Adriano Constantino et Iuliano, prohibiti sunt, primum quidem a militibus, sub Iuliano autem igni ex fundamentis erumpente eorumque intempestivum atque impium conatum avertente. dicant vero nobis quidam causae

ὄθεν τοίνυν λεγέτωσαν ἡμῖν, τίος ἕνεκα ἐν Αἰγύπτῳ μὲν τοσοῦτον
 διατρίψαντες χρόνον ἐν κακοχλίᾳ ἑλέους ἔτυχον, καὶ εἰς Βαβυ-
 λῶνα πάλιν ἀπενεχθέντες ἐπανῆλθον εἰς τὰ ἴδια, καὶ ὑπ' Ἀντιό-
 χου τοσαῦτα κακὰ παθόντες αὐθις πρὸς τὸ πρότερον ἐπανῆλθον
 ἀξίωμα, νῦν δὲ οὐδὲν τοιοῦτον γεγένηται, ἀλλὰ πεντακοσίων ἐτῶν, 5
 νῦν δὲ χιλίων ἕξ ἐκείνου διελθόντων οὐδὲ αἰνίγμα τοιαύτης μετα-
 βολῆς ὑρῶμεν φαινόμενον ὅσον τὸ πρότερον. εἰ δὲ τὰς ἁμαρτίας
 αὐτῶν προβάλοιτο, καὶ εἴποιεν, ἕπει ἡμῦρτομεν τῷ θεῷ, διὰ
 τοῦτο οὐκ ἀπολαμβάνομεν τὴν οἰκίαν χώραν, πάλιν δ' ἂν εἰκό-
 τως αὐτοὺς ἐρήσομαι· διὰ τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν, ὧ Ἰουδαῖοι, ἕξω 10
 τῆς Ἱερουσαλὴμ διατρίβετε χρόνον τοσοῦτον; καὶ τί τὸ καινὸν καὶ
 P 234 παράδοξον; μὴ γὰρ νῦν ἐν ἁμαρτίαις ζῆτε μόνον, παρὰ δὲ τὴν
 ἀρχὴν ἐν δικαιοσύνῃ καὶ κυτορθώμασιν; οὐκ ἄνωθεν καὶ ἕξ
 ἀρχῆς συνανετράφητε παρανομίαις; οὐχὶ τῆς θαλάσσης σχιζομέ-
 νης καὶ τῶν πετρῶν ῥηγνυμένων καὶ τοσοῦτων θανμάτων γινομέ- 15
 νων περὶ τῆς ἐρήμου προσεκυνθήσατε μόσχῳ; οὐ τὸν Μωϋσέα λθ-
 θοῖς βάλλοντες καὶ ἑτέροις μυρίοις τρόποις ἀνελεῖν ἐπεχειρήσατε
 πολλάκις, καὶ τὸν θεὸν παρωργίζετε βλασφημοῦντες; οὐ τῷ
 Βεελφεγῶρ ἐτελέσθητε; οὐ τοὺς υἱοὺς ὑμῶν καὶ τὰς θυγατέρας
 ἐθύσατε τοῖς δαιμονίοις καὶ τοὺς ἄλλοτρίους θεοὺς ἐθεραπεύσατε; 20
 οὐ πᾶν εἶδος ἁμαρτίας καὶ κακίας ἐπεδείξαυθε; πῶς οὖν ὑμᾶς
 B οὐκ ἀπεστράφη τότε ὁ θεός, ἀλλὰ μετὰ τὰς παιδοκτονίας καὶ τὰς
 ἀδωλολατρίας, μετὰ τὴν πολλὴν ἀγνωμοσύνην, καὶ προφήτας
 ἀφῆκε παρ' ὑμῖν εἶναι διαφόρους, καὶ σημεῖα εἰργάζοντο καὶ θαυ-

sit, quod et in Aegypto tantum tempus in magnis miseris versatos
 deus miseratus est, et in Babylonem captivi abducti inde in patriam
 reducti sunt, et tot malis ab Antiocho affecti tamen pristinam recupe-
 rarunt dignitatem, nunc autem tale nihil fit, sed 500, imo 1000 iam
 exactis ab excidio annis ne speciem quidem ullam priorum mutationum
 videmus? quodsi peccata sua causentur, dicantque ideo sibi patriam
 non reddi, quia delictis suis deum offenderint, haud abs re fuerit ita
 eos rogare. propter peccata vestra, o Iudaei, tanto tempore Hieroso-
 lyma extorres degitis? quid hoc novi et inauditi est? scilicet anti-
 quitus iuste vixistis et officii rationes tenuistis, ac non iam inde ab
 initio innumera inter delicta vitam egistis? nonne cum et mare scindi
 et saxa rumpi totque alia miracula vidisset in solitudine, tamen vitu-
 lum adoravistis? nonne Mosen lapidibus obruere multisque aliis modis
 interficere saepenumero aggressi estis? nonne deum impiis dictis irri-
 tastis? nonne Beelphegori initiati estis? nonne filios et filias vestras
 daemonibus immolastis? nonne alienos deos coluistis? nonne omne
 flagitiorum ac malitiae genus exercuistis? qui fit ergo quod tunc deus
 vos non est aversatus, sed post infanticidia vestra, post impios dea-
 strorum cultus, post extremam ingratitude cum vates vobis misit va-

ματα παράδοξα; τίνος οὖν ἔνεκεν πάλοι μὲν ἀσεβοῦντες καὶ μυρία διαπραττόμενοι δεινὰ τοσαύτης ἐνόοις ἀπηλαύσατε παρὰ Θεοῦ καὶ προστασίας καὶ προμηθείας, νῦν δὲ οὔτε εἰδωλολατροῦντες οὔτε παιδοκτονοῦντες ἐν αἰχμαλωσίᾳ καὶ ταλαιπωρίᾳ διάγετε; μὴ 5 γὰρ ἕτερος ἦν Θεὸς τότε καὶ ἕτερος νῦν; οὐκ αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἐκεῖνα οἰκονομῶν καὶ ταῦτα νῦν ἐργαζόμενος; διὰ τί, ὅτε μεῖζω μὲν ἦν τὰ ἁμαρτήματα, πολλὴ δόξα ὑμῖν ἦν παρὰ Θεοῦ, ὅτε δὲ ἐλάττονα πλημμελεῖτε νῦν, παντελῶς ὑμᾶς ἀπιστράφη καὶ ἀτιμία C παρῆδωκεν ἀπεράντως; ἀλλὰ κἄν ὑμεῖς σιγήσητε, οἱ λίθοι κεκρά- 10 ζονται. Ἐπειδὴ γὰρ κατὰ τοῦ δεσπότην τὰς χεῖρας ἔξετείνετε, διὰ τοῦτο οὐκ ἔσται ὑμῖν διόρθωσις οὐδὲ συγγνώμη λοιπὸν οὐδὲ ἀπολογία. τότε μὲν γὰρ εἰς δούλους ἦν τὰ τολμώμενα, νῦν δὲ πάντα ἐκεῖνα τὰ παλαιὰ σαφῶς ἀπεκρέψατε διὰ τῆς εἰς τὸν κοινὸν δεσπότην Χριστὸν μανίας. ὅθεν καὶ μειζῶνως κολάζεσθε, καὶ 15 οὐδ' οὕτως ἀπέχεσθε τῆς πατρικῆς ἐμβροτησίας τε καὶ λύσεως, πλάνον αὐτὸν καὶ παράνομον ἀποκαλοῦντες. εἰ γοῦν πλάνος ἦν ὁ Χριστός, ὡς φατέ, καὶ παράνομος, ἔχρηξεν μᾶλλον ὑμᾶς εὐδο- D κηΐσαι, ὅτι αὐτὸν ἀπεκτείνετε. εἰ γὰρ Φινεὲς ἕνα τινὰ παρα- νομοῦντα ἀνελὼν ὀλόκληρον τὴν κατὰ τοῦ ἔθνους ὀργὴν κατέπαι- 20 σεν (ἔσθη γὰρ Φινεὲς καὶ ἐξιλάσατο, καὶ ἐκόπασεν ἡ Θραῦσις, καὶ ἔλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην), πολλῷ μᾶλλον ἐφ' ὑμῶν ἔδει τοῦτο γενέσθαι, εἴ γε παράνομος ἦν ὁ ὑφ' ὑμῶν σταυρωθεὶς.

rios, tum miracula et prodigia inusitata edidit? cur olim tanta impietate obstricti et tot flagitiis ac sceleribus cooperti deum ita benevolum propitium atque tutorem habuistis, nunc autem neque impio cultu neque infantium caede eum irritantes in servitute et miseris vitam degitis? nisi fortassis alius nunc est quam quondam deus, neque idem et illa et haec egit. alioqui cur vos tanto in pretio habuisset, cum graviora committeretis peccata, nunc vero cum minus delinquistis, omnino aversatus infinitae ignominiae exponeret? at enim vobis tacentibus vel lapides vociferabuntur. ex quo enim manus domino intulistis, porro neque correctio vobis reliqua est neque venia neque defensionis locus est. nam priores vestrae iniuriae in servos erant profectae a vobis: Christo autem per insaniam necando priora vestra scelera novi magnitudine obliterastis. ea de causa nunc gravioribus suppliciiis afficimini. et tamen ne sic quidem maiorum vestrorum vaecordiam atque rabiem deponitis, sed etiamnum Christum impostorem atque legis violatorem appellatis. qui si talis fuisset qualem vos dicitis, propter necem ei illatam vos maiori etiam quam ante in existimatione esse conveniebat. si enim Phinees uno legis violatore trucidato iram dei, quae contra totum exarserat populum, placavit (stabat enim, ait scriptura, Phinees, et placabat deum, ac desiit occidio, eaque res illi iustitiae loco imputata est), quanto magis vobiscum ita agi debuit, si quidem is quem in cru-

καὶ πόθεν δῆλον, φησὶν, ὅτι τέλειον ἀπειστέραφη ἐμῆς ὁ θεός; τῶν πρᾶγματων αὐτῶν βιώντων καὶ σάλπιγγος λαμπροτέραν ἀμείνων φωνῆν διὰ τῆς καταστροφῆς τῆς πόλεως, διὰ τῆς ἐρημώσεως τοῦ ναοῦ, διὰ τῶν ἄλλων ὑπάντων. ἀλλ' ἄνθρωποι, P 235 φησὶν, ἐπήγαγον, οὐχ ὁ θεός. εἰ γοῦν ἀνθρώπων ἔργα ταῦτα 5 καὶ οὐχὶ τῆς ὕψους τοῦ θεοῦ, ἔδει μέχρι τῆς ἀλώσεως τὰ ὑμέτερα στήναι καὶ μὴ περαιτέρω προελθεῖν ὑμῖν τὴν ἀτιμίαν καὶ κάκωσιν. πλὴν ἔστω κατὰ τὸν ὑμέτερον λόγον, ὅτι τὰ τεῖχη κατέστρεψαν ἄνθρωποι καὶ τὴν πόλιν καθεῖλον καὶ τὸν βωμὸν ἀνέστρεψαν. μὴ καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἄνθρωποι κατέκωσαν; μὴ καὶ τὴν τοῦ 10 πνεύματος χάριν καὶ τᾶλλα τὰ σεμνὰ τὰ παρ' ὑμῖν αὐτὰ κατέκωσαν, ὅσον τὸ φωνῆν ἐκ τοῦ ἱλαστηρίου φέρεσθαι, τὴν ἐπὶ τῶ χρισίματι γενομένην ἐνέργειαν, τὴν ἐπὶ τὸν λίθον τοῦ ἱερέως δήλωσιν; καὶ γὰρ ἡ Ἰουδαϊκὴ πολιτεία οὐχὶ κάτωθεν εἶχε τὰς ἀρχὰς B ὑπάσας, ἀλλὰ τὰς πλείους καὶ σεμνοτέρας ἄνωθεν ἐκ τῶν οὐρα- 15 νῶν. ὅσον τί λέγω; θυσίας γίνεσθαι συγχωρήσας, ὁ μὲν βωμὸς ἦν κάτω καὶ τὰ ξύλα καὶ ἡ μάχαιρα καὶ ὁ ἱερεύς, τὸ δὲ πῦρ τὸ μέλλον ἐν τοῖς ἀδύτοις τοῖς ἐκείνοις ἵεναι καὶ δαπανᾶν τὰς θυσίας ἄνωθεν τὴν ἀρχὴν εἶχεν· οὐ γὰρ ἄνθρωπος εἰς τὸν ναὸν εἰσῆγε πῦρ, ἀλλὰ φλόξ ἄνωθεν κατενεχθεῖσα τὴν ἐπὶ τῆς διακονίας ἐπλή- 20 ρου θυσίαν. πάλιν εἴ ποτε ἔδει τιμωθεῖν, ἀγαμέσων τῶν Χερουβιμ καὶ τοῦ ἱλαστηρίου φωνή τις ἐφέρετο καὶ τὰ μέλλοντα προέλεγεν. ὡσαύτως ἐπὶ τὸν λίθον τὸν ἐπὶ τοῦ στήθους τοῦ ἀρχιερέως, ὅπερ ἐκάλουν δῆλωσιν, ἐγίνετό τις ἔλλαμψις, καὶ τὰ

cem egistis legis erat violator? andes tamen adhuc quaerere unde constet deum vos omnino aversari, cum quidem res ipsa clamet, et vocem tubae clariorem edat urbis excidium, templi vastatio, et reliqua omnia. ab hominibus, aiunt, non a deo ista sibi mala imposita. quodai non ira dei sed homines horum essent malorum auctores, utique excidium ea finisset, neque ultra ignominiae atque miseriae ventum esset. verum esto ita uti dicitis, ac muros urbem et altare deiecerint homines. num et homines hominum vi existere cessaverunt? num homines gratiam spiritus aliaque apud vos magnifica aboleverunt? cuius generis est, quod nunc neque, ut quondam, vox a propitiatorio offertur, neque sua unctioni constat efficacitas, neque lapis sacerdotis docet. nam Iudaica religio sua principia non omnia de rebus terrestribus habebat, sed pleraque et praecipua caelitus. exempli causa sacrificia deus praescripserat; atque ara quidem, ligna culter et sacerdos terrena erant, ignis autem qui in adyto arsurus et sacrificium consumpturus erat, caelitus habebat ortum: non enim homo ignem templo inferebat, sed flamma de caelo lata sacrificium perficiebat. item si qua de re certiores fieri cuperent, inter Cherubimos et propitiatorium vox quaedam edebatur futura praedicans. eodem modo de lapide qui supra pectus sacerdotis summi pendebat, fulgor exibat qui futura detegeret; unde ei nomen

μέλλοντα προεσήμαινεν. ὁμοίως ἤνικα χρῆσθαι ἔδει τινά, πνεύ-
 ματος ἐφίπτατο χάρις καὶ τὸ ἔλαιον ἀνεπήδα. καὶ προφῆται διη- C
 κόνουν τοῖς πράγμασι τούτοις, καὶ νεφέλη πολλὰκις καὶ καπνὸς
 τὰ ἄδυστα κατελάμβανεν. ἵνα τοίνυν μὴ ἀνυσιγνῆτε μηδὲ ἀν-
 5 θρώποις λογιζήσθε τὴν ἐρήμωσιν αὐτῶν, οὐχὶ τὴν πόλιν μόνην
 ἀφῆκε πεσεῖν καὶ τὸν ναὸν ἐρημωθῆναι, ἀλλὰ καὶ τὰ πρῶγματα
 ἐκεῖνα, ἄπερ ἐκ τῶν οὐρανῶν τὰς ἀρχὰς εἶχεν, ἐκποδῶν γενέσθαι
 πεποίηκε. τίνος οὖν ἔνεκεν οὐκ ἔχετε νῦν προφήτας οὐδέ τι τῶν
 λοιπῶν ἐκείνων θεῶν; οὐκ εὐθῆλον διὰ τοῦ Θεοῦ τὰ καθ' ἑμῶς
 10 ἀποστραφέντος; καὶ πόθεν, γησί, τοῦτο δῆλον; ἀφ' ὧν πρὸ
 τούτου μὲν ἀσεβοῦντες ἐτυγχάνετε πάντως, νῦν δὲ δοκοῦντες ἐπιει- D
 κέστερον ζῆν μετὰ τὸν σταυρὸν μέλζονα τιμωρίαν ὑπομένετε καὶ
 οὐδενὸς ἀπολαύετε τῶν προτέρων, οὔτε μὴν ἀπολήψεσθε, καθὼς
 αἱ θεαὶ προρησείεις ἐναργῶς δηλοῦσιν. εἰ δὴ βούλεσθε, καὶ
 15 ἑτέρους προφήτας ἐροησόμεν λέγοντας φανερώς ὅτι τὰ μὲν ἡμέ-
 τερα τέλος λήψεται, τὰ δὲ ἡμέτερα ἀνθήσει, καὶ πανταχοῦ τῆς
 οἰκουμένης ἐκαθήσεται τὸ κήρυγμα, καὶ θυσίας ἑτέρας προσε-
 νεχθήσεται τρόπος, ἐκείνων τῶν παρ' ὑμῶν καταλυθεισῶν. οὐδὲ
 γὰρ Ἡσαΐαν παράγω τέως μάρτυρα οὔτε Ἰερεμίαν οὔτε τοὺς ἄλ-
 20 λους πρὸ τῆς αἰχμαλωσίας, ἵνα μὴ λέγητε ὅτι τὰ δευρὰ ἐκεῖνα ἂ
 ἔλεγον περὶ τῆς αἰχμαλωσίως ἐξέβη, ἀλλὰ Μαλαχίαν τὸν μετὰ P 236
 τὴν ἐκ Βαβυλωνος ἐπάνοδον καὶ τὴν τῆς πόλεως ἀποκατάστασιν
 σαφῶς περὶ τῶν πραγμάτων ὑμῶν προφητεύσαντα. ἐπειδὴ γὰρ
 ἐπανήλθον καὶ τὴν πόλιν ἀπέλαβον καὶ τὸν ναὸν ὠκοδόμουν καὶ

patefactionis. Itemque si quis inungeretur, gratia spiritus in eum insi-
 liebat et oleum resilliebat. iisque rebus vates erant administri, ac saepe
 nebula et fumus adytum occupaverunt. ne igitur pro impudentia vestra,
 calamitates vestras hominibus acceptas ferretis, non urbis modo et templi
 excidium fieri deus permisit, sed et eas res quarum de caelo principia
 erant e medio sustulit. cur enim nunc et prophetis et omnibus istis
 divinis rebus destituitur? nonne in promptu est id fieri, quia deus
 vos aversatur? unde, dicis, id liquet? inde quod quondam admo-
 dum impii fuistis: nunc autem post cruci affixum Christum, cum videri-
 mini rectius vivere, graviore penditis poenas, nihilque priorum bono-
 rum vobis adest; neque vero unquam aderit, quemadmodum divinae
 praedictiones perspicue ostendunt. vultisne ut plures etiam vates contra
 vos ad auxilium advocemus, qui diserte pronuntiant finem esse rerum
 vestrarum, nostras res florituras, ac per totam orbem propagatum iri
 praeconium, aliumque sacrificandi modum instituendum, vestro sublato?
 sane non producam testem Esaiam aut Ieremiam aut alios qui ante Ba-
 bylonicum vixerunt exilium, ne eo impleta fuisse dicatis quae illi mala
 minati sunt: sed Malachiam, qui post vestrum ex Babylone reditum et
 urbis instaurationem evidenter de vestris rebus est vaticinatus. is ergo
 cum Iudaei in patriam reversi urbem recepissent, templum aedificassent

τὰς θυσίας ἐπετέλουον, τὴν μέλλουσαν παντελῆ ταύτην καὶ τελευ-
 ταιαν ἐρήμωσιν καὶ τὴν ἀναίρεισιν τῶν θυσιῶν προλέγων φησὶν
 “ἐλ λήψομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν θυσίαν, λέγει κύριος παντο-
 κράτωρ. ὅτι ἀπὸ ἀνατολῶν ἦλθον καὶ μέχρι θυσιῶν τὸ ὄνομά
 μου δεδόξασται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα⁵
 προσάγεται τῷ ὀνόματί μου καὶ θυσία καθαρὰ. ἡμεῖς δὲ βεβη-
 λούτε αὐτήν.” τότε οὖν ταῦτα πεπλήρωται, ὡς Ἰουδαῖοι, καὶ
B τότε ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσηνήχθη τῷ θεῷ καὶ θυσία κα-
 θαρά; οὐκ ἂν ἔχοιτε εἰπεῖν ἕτερον καιρὸν ἀλλ’ ἢ τοῦτον τὸν μετα
 τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν. ὡς εἰ μὴ τοῦτον προλέγει τὸν και-¹⁰
 ρόν, μηδὲ τὴν ἡμετέραν θυσίαν ἀλλὰ τὴν Ἰουδαϊκὴν, παράνομός
 ἐστὶν ἢ προφητεία. εἰ γὰρ τοῦ Μωϋσέως κελεύοντος εἰς μηδένα
 τόπον ἀνάγεσθε θυσίαν ἀλλ’ ἢ εἰς τὸν τόπον ὃν ἐξελέξατο κύριος
 ὁ θεός, καὶ εἰς ἕν χωρίον ἐν Ἱερουσαλὴμ συγκλειόντος τὰς θυ-
 σίας ἐκεῖνας, ὁ προφήτης λέγων ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα μέλλειν¹⁵
 προσάγεσθαι καὶ θυσίαν καθαρὰν, ἐναντιοῦται καὶ μάχεται τῷ
 Μωϋσῆϊ. ἀλλὰ μὴ γένοιτο· περὶ γὰρ ἑτέρας ἐκεῖνος εἶπε θυσίας
 καὶ περὶ ἑτέρας οὗτος. ἀκούσατε δὴ Σοφωνίου φωνοῦντος τὰ
C αὐτὰ καὶ λέγοντος “ἐπιφανήσεται κύριος ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ
 ἐξολοθρεύσει πάντας τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν, καὶ προσκυνήσουσιν²⁰
 αὐτῷ ἕκαστος ἀπὸ τοῦ τόπου αὐτοῦ.” καίτοι γε τοῦτο οὐκ ἐφίετο,
 ἀλλ’ εἰς ἕνα τόπον ἐθέσπισε Μωϋσῆς λατρεύειν. ὅταν οὖν ἀκού-
 σῃτε τῶν προφητῶν προλεγοντῶν καὶ προαναφωνούντων ὅτι οὐκέτι
 εἰς μίαν πόλιν οὐδὲ εἰς ἕνα τόπον ἀναγκασθήσονται ἄνθρωποι

ac sacrificarent ex lege, de postrema hac et perfectissima vastatione sacrificiorumque abolitione ita praedixit (cap. 1) “scilicet ut ego de manibus tuis sacrificia accipiam, inquit dominus omnipotens. ab ortu solis usque ad occasum nomen meum magnifice praedicatur, eique omnibus locis adoletur et sacrificium offertur purum. vos autem sacrificium contaminatis.” quando autem, o Iudaei, ista impleta sunt? quando ubique deo purum sacrificium et suffitus oblatum est? certe tempus aliud dicere non potestis quam quod fuit ab adventu Christi. quod tempus nisi vates indicavit, neque nostrum sed Iudaicum sacrificium intelligi voluit, legi dei eius adversabitur oraculum. nam cum Moses non alibi quam eo loco quem deus elegerat iusserit sacrificari, et omnia sacrificia Hierosolymam compegerit, vates ille ait omnibus locis deo sacrificium purum et suffitum oblatum iri. ita Mosi videtur repugnare. verum hoc absit ut dicamus: nam alter de altero est locutus sacrificio. audite etiam eadem dicentem Sophoniam (cap. 2): “apparebit” inquit “dominus omnibus nationibus et excindet omnes earum deos, adorabuntque eum omnes, quisque suo loco.” atqui hoc non permittebat lex, sed in uno tantum loco iubebat Moses sacrificari. cum ergo auditis vates tanto ante tempore pronuntiare non fore necesse ut omnes homines in unam urbem unumve locum undique confluant, sed quemque

πάντοτε συνάγεσθαι, ἀλλ' οἴκοι καθήμενος ἕκαστος θεραπεύσει τὸ θεῖον, τίνα ἂν ἔχοιτε εἰπεῖν ἕτερον καιρὸν ἀλλ' ἢ τὸν παρόντα τοῦτον, καθ' ὃν τὰ μὲν ἡμέτερα διαλάμπουσι κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, τὰ δὲ ὑμέτερα κατεσβέσθη καὶ ἐν σκότει διαπορεύεσθε κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην; ὅτι δὲ πάλιν οὐ παρὰ τὴν ἀρχὴν ὑμῖν δοῦναι τὰς τοιαύτας ἐβούλετο θυσίας, ἀκούσατε τί φησιν **D** Ἡσαίας. "τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν; λέγει κύριος. καὶ τίς ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν;" εἰ δὲ ταῦτα παρὰ τὴν ἀρχὴν ἐζητεῖ, καὶ τοὺς παλαιοὺς πάντας τοὺς παρ' ὑμῖν λάμπαν-
10 τας πρώτους ἂν εἰς τὴν πολιτείαν ἤγαγε αὐτήν. πῶς οὖν ταῦτα, φησὶν, ἐπέτρεψε; τῇ ὑμετέρα συγκатаβυίνων ἀσθενείᾳ. καὶ καθάπερ ἰατρὸς πυρέττοντα ἰδὼν ἄνθρωπον δυσάρεστόν τε καὶ ἀκαρτέροτον, ἐπιθυμοῦντα ψυχροποσίας καὶ ἀπειλοῦντα εἰ μὴ λάβοι ἑαυτὸν ἀναίρησιν, βουλόμενος τὸ μείζον κωλύσαι κακὸν
15 τὸ ἔλαττον δίδωσι πρὸς ἀλλαγὴν τελευτῆς βιαίως, οὕτω δὴ καὶ ὁ **P** 237 θεὸς ἐποίησεν. ἐπειδὴ γὰρ εἶδε μαινομένους, ἀγχομένους, ἐπιθυμοῦντας θυσιῶν, καὶ παρεσκευασμένους εἰ μὴ λάβοιεν αὐτομολῆσιν πρὸς τὰ εἶδωλα, μᾶλλον δὲ οὐ παρεσκευασμένους ἀλλὰ καὶ αὐτομολήσαντας ἤδη, ἐπέτρεψε τὰς θυσίας. καὶ ὅτι αὕτη ἐστὶν
20 ἡ αἰτία, δῆλον ἐντεῦθεν· μετὰ γὰρ τὴν μυσουρὰν ἐορτὴν ἦν ἐπέτελεσαν τοῖς δαιμονίοις μοσχοποιήσαντες, τότε τὰς θυσίας ἐπέτρεψε, μονονοχὶ λέγων "μαίνεσθε καὶ βούλεσθε θύειν; οὐκοῦν ἐμοὶ θύετε." ἀλλ' ὅμως καὶ τοῦτο ἐπιτρέψας οὐ μέγρι τέλους

domi suae deo cultum exhibiturum, quodnam aliud tempus ei rei deputabitur quam hoc ipsum, quo res nostrae per totum terrarum orbem vigent, vestrae autem dissipatae sunt, vosque in tenebris per totum orbem erratis? iam quod ab initio sacrificia talia a vobis deus non exegerit, ex Esaias verbis cognoscite (cap. 1): "quid ad me multitudo vestrorum sacrificiorum, inquit dominus: quis ea de manu vestra requirit?" profecto enim si haec initio desiderasset, prius illos qui de vestra gente illustres fuerunt, primos omnium ad eos ritus adegisset. quaeritis causam cur ea vobis iniunxerit? ea est vestra imbecillitas. sicut enim medicus hominem cernens febricitantem morosum et incontinentem, qui frigidae potum ita postulet ut eo negato minetur se sibi manus allaturum, studio maius malum avertendi minus concedit, ut eum a violento exitio conservet, ita etiam deus vobiscum egit. cum enim videret vos insana sacrificandi cupiditate ardere, paratosque, nisi eam explere vobis concederetur, deficere ad falsos deos, (quid dico paratos? imo autem cum iam defecissetis) sacrificia permisit. atque hanc esse veram causam inde fiet manifestum, quod post incestum illud demum sacrificium quod daemonibus ad vitulum a vobis confiatum obtulistis, sacrificandi vobis potestatem fecit, perinde ac si diceret "insanitis sacrificandi studio? mihi ergo potius sacrificate." neque tamen im-

- ἀφῆκεν, ἀλλὰ διὰ σοφωτάτης μεθόδου πάλιν ἀνήγαγε. και
- B** ὥσπερ ὁ ἱατρὸς ἐκείνος συγχωρήσας τῇ ἐπιθυμίᾳ τοῦ κείμενουτος, εἶτα φιάλην οἴκοθεν κομίσει κτελεύσει ταύτη μόνη τῆς ψυχροποσίας μεταλαβεῖν, και τοῦ κείμενουτος πεισθέντος λάθρα τοῖς ἐπιτηδεύουσιν ἐπιτάξει συντρεῖσθαι τὴν φιάλην αὐτήν, ἵνα λανθανόντως **5** και ἀνυπόπτως αὐτὸν ἀπυγάγῃ τῆς ἐπιθυμίας αὐτῆς, οὕτω και ὁ θεὸς ἐποίησε· θύειν ἐπιτρέψας ἐν οὐδενὶ τόπῳ τῆς οἰκουμένης εἶασε τοῦτο γενέσθαι ἀλλ' ἢ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις και μόνον, ὅθεν φησὶν ὁ Δαβὶδ "σοὶ πρέπει ὕμνος ὁ θεὸς ἐν Σιών, και σοὶ ἀποδοθήσεται ἠχώ ἐν Ἱερουσαλήμ." εἶτα ἐπειδὴ χρόνους τινὰς **10**
- C** ἔθυσαν, καθεῖλε τὴν πόλιν. ὥσπερ ὁ ἱατρὸς διὰ τῆς τοῦ σκεύους συντριβῆς, οὕτως και ὁ θεὸς διὰ τῆς καταστροφῆς τῆς πόλεως και ἀκοντας αὐτοὺς ἀπήγαγε τοῦ πράγματος. ἐπεὶ γὰρ εἰ φανερώς εἶπεν ἀπόστητε, οὐκ ἂν ἠλέσγοντο ῥᾶδίως, διὰ τῆς κατὰ τὸν τόπον ἀνάγκης λανθανόντως αὐτοὺς ἀπήγαγε τῆς περὶ τὸ πρᾶγμα **15** μανίας. ἔστω τοῖνυν ὁ μὲν ἱατρὸς ὁ θεός, ἡ δὲ φιάλη ἡ πόλις, ὁ δὲ νοσῶν ὁ δυσάρεστος δῆμος τῶν Ἰουδαίων, ἡ δὲ ψυχροποσία ἡ τῶν θυσιῶν ἐπιτροπὴ και ἔξουσία. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἠβούλετο κατασκευάσαι, τίνας ἔνεκεν εἰς τόπον ἓνα συνέκλεισε τὴν τοιαύτην θυσίαν ὁ πανταχοῦ παρῶν και τὰ πάντῳ πληρῶν; τίνας χάριν τὴν **20**
- D** μὲν λατρείαν εἰς θυσίας, τὰς δὲ θυσίας εἰς τόπον, τὸν δὲ τόπον εἰς καιρὸν, τὸν δὲ καιρὸν εἰς μίαν πόλιν συναγαγὼν αὐτὴν πάλιν ἐκείνην κατέστρεψε τὴν πόλιν; και τὸ δὴ θανυμιστὸν και παρά-

mensam vobis sacrificandi licentiam permisit, sed scitissima via atque ratione vos revocavit. ac quemadmodum ille medicus cupiditati aegrotantis indulgens post poculo domo allato ei persuaderet nti non alio ex vase frigidam biberet, eoque parente occulte eius familiaribus manderet ut confringerent vitrum, itaque ille non animadvertens et tacite ab sua cupiditate abduceretur, sic deus quoque sacrificia permisit, ea lege ut non alibi terrarum quam Hierosolymis fierent. hinc Davidus ait (Psalm. 64) "te, o deus, hymnus Sione decet, tibi que vota solventur Hierosolymis." deinde cum aliquamdiu sacrificassent Iudaei, urbem eam evertit, eosque eius excidio urbis, veluti medicus vitro confringendo, etiam nolentes a sacrificiis retraxit. quia enim aperte eos iubenti desinere sacrificandi morem deo non erant facile obtemperaturi, loci necessitudine obstricti, ideo eos occulte ab ea vaesania revocavit. comparem ergo deum medico, urbem poculo, Iudaeum populum morosum atque refractarium aegrotanti, frigidae potui sacrificandi licentiam. nam nisi deus hoc ipsum machinatus esset, quae causa erat cur tantum sacrificium unico loco circumscriberet, qui ubique praesens adest et omnia replet? cur cultum in sacrificium, sacrificium in locum, locum in certum tempus, atque hoc in unicum urbem includens, eam deinde urbem evertisset? idque maxime mirabile est et communi opinioni adversum,

δοξον, ὅτι πᾶσα μὲν ἡ οἰκουμένη τοῖς Ἰουδαίοις ἀνεῖται, ἔνθα οὐκ ἔξεστι θύειν, μόνῃ δὲ ἡ Ἱερουσαλήμ, ἐν ἧ καὶ μόνον ἔξην, ἄβυτος καὶ ἔρημος γέγονε. περὶ ὧν μέντοι κἂν ταῖς ἀποστολικαῖς διατάξεσι φησιν ὁ θεῖος λόγος. ἤδη δὲ καὶ πρὸ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας ἐναργῶς ὁ θεὸς εὖ μάλα παρητεῖτο τὰς τῶν Ἰουδαίων θυσίας, ἐξαμαρτανόντων εἰς αὐτὸν πολλακίς, καὶ οἰομένων διὰ θυσίας ἄλλ' οὐ διὰ μετανοίας αὐτὸν ἐξευμενλλεσθαι. φησὶ γὰρ διὰ τῶν προφητῶν "ἵνα τί μοι φέρετε λίβανον ἐκ Σαβᾶ P 238 καὶ κιννύμων ἐκ γῆς μακρόθεν; τὰ ὀλοκαυτώματα ὑμῶν οὐκ ἔστι δεκτά, καὶ αἱ θυσίαι ὑμῶν οὐχ ἤθύνάν μοι. καὶ συναγάγετε τὰ ὀλοκαυτώματα ὑμῶν μετὰ τῶν θυσιῶν ὑμῶν, καὶ φάγετε τὰ κρέα, ὅτι οὐκ ἐνετειλάμην ὑμῖν, ἤνικα ἐξήγαγον ὑμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, περὶ θυσιῶν καὶ ὀλοκαυτωμάτων." καὶ "τί μοι πλήθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν; πλήρης εἰμι ὀλοκαυτωμάτων κριῶν, 15 καὶ στέαρ ἄρνων καὶ αἷμα ταύρων καὶ τράγων οὐ βοῦλομαι, οὐδ' ἂν ἔρχεσθε ὀφθῆναι μοι. τίς γὰρ ἐξέλῃτησε ταῦτα ἐκ χειρῶν ὑμῶν; κατεῖν τὴν ἀλλήν μου οὐ προσθήσετε ἔτι. εἰάν φέρετε μοι σεμίδαλεν, μάταιον· θυμίαμα βδέλυμά μοι ἔστι. τὰς νεομηρίας ὑμῶν καὶ τὰ σάββατα καὶ ἡμέραν μεγάλην οὐκ ἀνέχομαι. νηστειῶν B 20 καὶ ἀργίων καὶ τὰς ἐορτὰς ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχὴ μου. ἐγενήθητέ μοι εἰς πλησμονήν." καὶ "ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ ἧχον ὧδῶν σου, καὶ ψαλμοῦ ὀργάνων σου οὐκ ἀκούσομαι." καὶ "οὐ δέξομαι ἐκ τοῦ

4 πρὸ] περὶ P

quod toto orbe terrarum Iudaeis concessio, ubi sacrificare non licet, sola Hierosolyma vasta incultaque iacent, in qua urbe sola sacrificare leges sinebant. de quibus sane etiam divinus sermo in Apostolicis constitutionibus ita loquitur. iam Christo in carne rem gerente evidenter deus Iudaeorum respuit sacrificia, cum il tam saepe contra eum peccassent, putarentque se sacrificiis, non resipiscentia deum placare posse. ita enim deus per suos vates dicit (Ierem. 6) "quorsum mihi thus ex Saba offertis, et cinnamomum ex longinqua terra? solida vestra sacrificia non sunt mihi accepta, et victimae me non delectant vestrae. conducite in unum sacrificia et victimas vestras, atque edite carnes: non enim praecepi vobis quicquam de sacrificiis solidis et fertis, cum vos ex Aegypto educerem. quorsum mihi multitudo sacrificiorum vestrorum? satur sum immolatorum arietum, adipem agnorum ac sanguinem taurorum hircorumque nolo: non veniat in conspectum meum. quis enim haec de vestris manibus exegit? porro atrium meum non calcabitis. frustra mihi similam offertis, abominor suffitum, novilunia vestra et sabbata et festum diem non fero: ieiunium, ferias et solennitates vestras odit anima mea: satietas vestri me cepit." item (Psalm. 49) "amove a me sonitum canticorum vestrorum, psalmum organorum tuorum nolo audire." item "non accipiam de domo tua vitulos,

οἴκου σου μόσχους, οὐδὲ ἐκ τῶν ποιμνίων σου χιμάρους. ἐμὴ γὰρ ἐστὶν οἱ οἰκουμένη καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. μὴ φάγωμαι κρέατα ταύρων, ἢ αἷμα τράγων πίνωμαι; θύσον τῷ θεῷ θυσίαν αἰνέσεως.” καὶ “θυσία τῷ θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον.” καὶ ἁπλῶς ἐν πάσαις ταῖς γραφαῖς ὁμοίως τὰς θυσίας ἀπαναίνεται διὰ 5

C τὸ ἔξαμαρτάνειν αὐτοὺς εἰς αὐτὸν ἕξ ἄκρας κακίας τε καὶ ἀπειθείας καὶ σκληροκαρδίας. θυσίαι γὰρ ἀσεβῶν βδελύγμα κυριῶ· καὶ γὰρ παρανόμως προσφέρουσιν αὐτάς, καὶ θυσίαι αὐτῶν ὡς ἄριτος πένθους αὐτοῖς, καὶ πάντες οἱ ἐσθλιότες αὐτάς μολυνθῆσονται. διὸ δὴ καὶ τῷ Σαουλ ὁ θεὸς Σαμουὴλ ἔλεγεν “ἀκοῇ 10 ἀγαθῇ ὑπὲρ θυσίαν, καὶ ἀκρόαμα ὑπὲρ στέυρ κριῶν. ἰδοὺ γὰρ θέλει κύριος θυσίαν ὡς τὸ εἰσακούειν αὐτοῦ.” εἰ τοίνυν καὶ πρὸ τῆς παρουσίας αὐτοῦ ὑπὲρ θυσίαν καρδίαν καθαρὰν ἐπιζητεῖ καὶ πνεῦμα συντετριμμένον, πολλῷ μᾶλλον ἐλθῶν ἔπανσε τὰς δι’ αἱμάτων θυσίας, οὐδὲ πύλαι δεόμενος αὐτῶν, ὡς εἴρηται, ἀλλ’ εἰ 15 βουληθῶσι συγχωρῶν, καὶ εἰ ἀπὸ γνώμης δεθῆς προσοίσουσιν. εἰ θύειν ἐπιθυμεῖς, οὐ δεομένω μοι θύε. ὁπότε δὲ τούτου ἀμνήμονες ἐγένοντο, καὶ μόσχον ἀντὶ θεοῦ θεὸν ἐπεκαλέσαντο, καὶ 20 τούτῳ τὴν αἰτίαν τῆς ἕξ Αἰγύπτου πορείας ἐπεγράψαντο, λέγοντες “οὗτοι οἱ θεοὶ σου, Ἰσραὴλ, οἱ ἔξαγαγόντες σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου,” καὶ ἀπαρνησάμενοι θεὸν τὸν διὰ Μωϋσέως ἐπισκεψάμενον αὐτοὺς ἐν τῇ θλίψει αὐτῶν, τὸν τὰ σημεῖα περὶ χειρὸς καὶ 25 ῥάβδου ποιησάμενον, τὸν Αἰγυπτίους δεκαπλήγῳ πατάξαντα, τὸν τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν εἰς διαιρέσεις διελόντα καὶ διαγαγόντα

neque hoedos ex caulis tuis. mea enim est terra, et quicquid eam implet. num ego taurorum carne vescar aut sanguinem hircorum bibam? offer domino sacrificium laudis.” et (Psalm. 50) “sacrificium deo acceptum est spiritus contritus.” in summa, passim in Scriptura deus sacrificia respuit, quod Iudaei adversus ipsum peccarent summa malitia contumacia atque pertinacia. quippe impiorum sacrificia deus abominatur: nam impie ea offerunt, suntque ipsi tanquam panis luctus; et quicumque de iis edunt, contaminabuntur. itaque etiam Saulo Samuelus dixit (1 Sam. 15) “obedientiam sacrificio atque adipi arietino praestare, atque a deo iis praeferrī.” qui ergo ante adventum suum cor purum et animam contritam sacrificio potiora habuit, is utique postquam in carnem venit, multo magis sanguinaria ista abolevit sacrificia, quae ne pridem quidem requisierat, sed sacrificare cupientibus liberam rem permiserat, modo ea corde recto offerrent. ideo dicit “si sacrificare cupis, mihi non requirenti sacrificia.” cum vero dei oblitus eius loco vitulum invocaverunt, eique reditum ex Aegypto acceptum tulerunt, dicentes (Exod. 32) “ecce dii tui, Israele, qui te ex Aegypto eduxerunt,” diffidentes deum, qui eos afflictos Mosis opera sublevarat, qui manu et virga Mosis miracula ediderat, qui Aegyptiis decemplicem poenam inflixerat, qui rubrum mare in portiones disciderat ipsosque per medias aquas ut

αὐτοὺς ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος ὡς διὰ ξηρᾶς, τὸν τοὺς ἐχθροὺς αὐ-
 τῶν βυθίσαντα, τὸν Μερρὰν τὴν πηγὴν τὴν πικρὰν γλυκάναντα,
 τὸν ἐκ πέτρας ἀκροτόμου ὕδωρ εἰς πλησμονὴν ἀναβλῦσαντα, τὸν
 στύλῳ νεφέλης καὶ στύλῳ πυρὸς σκιάζοντα αὐτοὺς διὰ θάλλπος P 239
 5 ἕμετρον, καὶ φωτίζοντα καὶ ὀδηγοῦντι τοὺς οὐκ εἰδότες ὅπου
 πορευθῶσι, τὸν ἐξ οὐρανοῦ μαγροδοτήσαντα αὐτοῖς καὶ ἐκ θα-
 λάσσης κρειοδοτήσαντα ὀρυγομήτρων, τὸν ἐν τῷ ὄρει νομοθετή-
 σαντα αὐτοῖς, οὗ τῆς θείας καὶ βροντοφώνου φωνῆς ἠξιώθησαν
 ἀκοῦσαι. τοῦτον ἀπηρνήσαντο, εἰπόντες τῷ Ἀαρῶν "ποιήσον
 10 ἡμῖν θεοὺς οἱ προπορεύονται ἡμῶν," καὶ ἐμοσχοποίησαν χω-
 νευτόν, καὶ ἔθυσαν τῷ εἰδώλῳ. κἀντεῦθεν οὖν ὀργισθεὶς ὁ μα-
 κρόθυμος θεός, ἕτε δὲ ἀχαριστηθεὶς ὑπ' αὐτῶν, ἔδησεν αὐτοὺς
 δεσμοῖς ἀλύτοις, στιβάσι φορτισμοῦ καὶ σκληρότητι κλοιοῦ· καὶ
 οὐκέτι εἶπεν, ἔὰν ποιήσης, ὡς πρὸ τῆς μοσχοποιίας εἶρηκεν,
 15 ἀλλὰ ποιήσον θνῴσαστήριον καὶ θύε διηνεκῶς· ἐπιλήσμων γὰρ B
 ὑπάρχεις καὶ ἀχάριστος, ἵνα συνεχῶς ἐπιμυμνήσκη μου. ἐπεὶ
 οὖν τῇ ἐξουσίᾳ κακῶς ἐχρήσαντο οἱ τύλινας καὶ ἀγνώμονες,
 ἀνάγκη ἐπέθηκε λοιπὸν θύειν καὶ βρωμάτων ἀπέχεσθαι τινῶν,
 καὶ ζῶων διαφορὰς καθαρῶν καὶ ἀκαθάρτων διέστειλε, καίτοι
 20 παντὸς ζῶου καθαρῶ τυχάνοντος· πάντα γὰρ ὅσα ἐποίησεν ὁ
 θεὸς κατὰ λίαν. καὶ δὴ καὶ ἀφορισμοὺς προσέταξε καὶ καθα-
 ρισμοὺς καὶ βαπτισμοὺς καὶ δεκατισμοὺς καὶ ἀγνείας καὶ ἀργίας
 διαφόρους, ὧν παρακούοντι τιμωρίαν ὠρίσατο, ἵνα πιεζόμενοι

per continentem traduxerat, qui hostes eorum submerserat, qui fontem
 Merreae de amaro dulcem redegerat, qui de cacumine saxi icto aquae
 abunde elicuerat, qui columna nubis eos obumbrans nimium aëris aestum
 avertabat, qui columna ignea praelucebat viamque eos ignotam ducebat,
 qui eis caelitus manna praebebat, qui a mari coturnicibus missis carne
 eos saturabat, qui in monte legem ipsis dederat, qui eos auditione suae
 divinae ex tonitribus vocis dignatus fuerat. hunc illi diffidentes, Aaro-
 nem iusserunt sibi deos fabricari itineris duces, fusoque vitulo sacrifi-
 caverunt. ea ipsorum ingratitude deus ira, quantumvis ad eam lentus,
 exarsit, eosque vinculis insolubilibus ligavit, oneribus gravibus et duris
 pressos compedibus; neque, ut ante confectum vitalum, permisit iis
 sacrificare, sed imperavit uti altari condito continenter sacrificarent,
 hominesque obliviosi alioquin et ingrati, ita dei perpetuo colerent me-
 moriam. quoniam igitur miseri obnoxioque praediti animo Iudaei licen-
 tia sua male usi sunt, necessitatem eis exinde imposuit dominus sacrifi-
 candi et cibus quibusdam abstinendi, discrimenque mundorum et immun-
 dorum animalium statuit, quanquam omnia animalia munda sint: omnia
 enim quae deus creaverat, valde bona erant. iniunxit etiam quas-
 dam separationes purgationes ablutiones decimationes castimonias fe-
 riasque varias, poenis etiam sancita omnia, ut pressi ac compedibus

- καὶ ὑπὸ τοῦ κλοιοῦ ἀγγχόμενοι τῆς πολυθέου πλάνης ἐκστήσονται.
- C οὐκοῦν διὰ τὴν σκληροκαρδίαν αὐτῶν ἐπέδησεν αὐτούς, ὅπως διὰ τοῦ θύειν καὶ ἀργεῖν καὶ ἀγνίξασθαι καὶ τὰ τοιαῦτα παρατηρεῖσθαι εἰς ἔννοιαν ἔρχονται θεοῦ τοῦ ταῦτα διαταξαμένου αὐτοῖς καὶ νομοθετήσαντος, οἷγε μοχθηρία τρόπου καὶ γνώμης ἀγνώμονος οὐ διελίμπανον ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς μέχρι τέλους ἐπιλανθανόμενοι τοῦ θεοῦ, καὶ παρατρεπόμενοι προσεκύνουν ἀντὶ τοῦ κτίστου τὴν κτίσιν, καὶ ποτὲ μὲν, ὡς εἴρηται, μοσχοποιήσαντες, ποτὲ δὲ τῷ Βεελφεγῶρ προσκυνήσαντες, ἄλλοτε δὲ τῷ Βάαλ καὶ τῷ Χαμῶς καὶ τῇ Σιδωνίᾳ Ἀστάρτῃ καὶ τῷ Μολχώμῳ, καὶ ποτὲ τῷ ἥλιῳ καὶ τῇ σελήνῃ καὶ τοῖς ἄστροις, ἃ ὁ θεὸς εἰς φάσιν ἀν-
- D θρώποις ἐποίησε καὶ οὐκ εἰς προσκύνησιν· ποτὲ δὲ καὶ ἄλογα ζῷα ἐτίμων, ὡς παρ' Αἰγυπτίοις τὸν Ἄπιν βοῦν καὶ τὸν Μενδήσιον τράγον, καὶ θεοὺς ἀργυροῦς καὶ χρυσοῦς, ὡς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ταύτη τοι προδήλως ἀπειλῶν αὐτοῖς ὁ θεὸς ἔλεγε διὰ τοῦ προφήτου· “μὴ μικρὸν τοῦτο τῷ οἴκῳ Ἰούδα, ποιεῖν τὰ βδελύγματα ταῦτα ἃ ἐποίησαν; ὅτι ἐπλησάτ τὴν γῆν ἀνομίας τοῦ παροργίσει με.” διὸ τοίνυν εἰκότως ἐξωλοθρεῦθησαν ὡς τὸν θεὸν παροργίζοντες καὶ τὴν ἅγιαν γῆν ἐκείνην καταμυαίνοντες ἀπ' ἀρχῆς ἕως τῆς ἐσχάτης καὶ τελευταίας ταύτης ἀλώσεως ἐπὶ Οὐδσπασιανοῦ 20 καὶ Τίτου. καὶ γὰρ διαφόρων ταύτην ἐλότων καὶ καθελόντων,
- P 240 φησὶ Θεοδώρητος, πάλιν εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκατέστησαν ἀξιώματά τε καὶ σχῆμα· ἀλλὰ νῦν οὐκέτι. πρῶτος μὲν γὰρ Θελαφάλασαρ δορυῶλον ἔλαβε τῶν δέκα φυλῶν τὸ πλεῖστον, δεύτερος δὲ Σα-

adstricti errorem de multis diis vitarent. sic ergo deus eos ob animi obstinationem devinxit, ut sacrificiis feriis castimoniis aliisque id genus caeremoniis observandis dei memoriam retinerent, qui omnia ista praecepisset atque legibus descripsisset. illi tamen perversitate morum et animi ingratitude ea iam inde a principio ad finem usque fuerunt, ut identidem dei obliviscerentur, deviantesque a recto creatoris loco creaturam adorarent. itaque alias vitulum, uti diximus, confiarunt, alias Beelphegori supplicarunt, alias Baali Chamoso Sidoniae Astartae Molocho, alias soli lunae et stellis, quae deus non ut colerentur sed ut lumen praeberent hominibus creaverat; alias bruta animantia culta dei affecerunt, ut in Aegypto Apin bovem et hircum Mendesium, alias argenteos et aureos deos, ut in Iudaea. eam ob rem perspicue iis deus voce vatis sui ita minatur: “parumne hoc Iudaea familiae videtur, quod tam multa abominanda fecerunt terramque impietatis repleverunt, ut me irritarent?” merito igitur excisi sunt, cum dei iram provocarent sacramque terram ab initio polluerent identidem usque ad postremum illud sum sub Vespasiano et Tito excidium. cum enim, inquit Theodoretus, diversi Hierosolyma cepissent atque destruxissent, semper ea pristinae dignitati est atque formae restituta, dempto postremo excidio. primus Thelaphalasar maiorem decem tribuum partem captivam

λαμνασαὺρ τὴν Σαμάρειαν καὶ τὰς περὶ αὐτὴν ἑξηνθραπόδισε πό-
 λεις, τρίτος δὲ ὁ Σαναχρείμ τὰς μὲν ἄλλας τῆς Ἰουδαίας ἐπολιόρ-
 κησε πόλεις καὶ πολλοὺς μετώκισεν αἰχμαλώτους, ἐπιστρατεύσας
 δὲ τοῖς Ἱεροσολύμοις ἀλαζονικῶς τε καὶ δυσσεβῶς ἐκομίσατο δι-
 5 καίως τῆς βλασφημίας τὰ ἐπίχειρα· θεηλάτῳ πληγῇ τὴν στρατιῶν
 ἀπόλεσας, καὶ μετ' αἰσχύνῃς ἀναξεδύσας, ὑπὸ τῶν ἰδίων τέκνων
 ἀναιρεῖται. μετὰ δὲ τοῦτον Ναβουχοδονόσορ ἐν τῷ τρίτῳ ἔτει
 τῆς βασιλείας Ἰωακείμ τοῦ υἱοῦ Ἰωσίου μετὰ δυνάμειος εἰς τὴν
 Ἰουδαίαν ἀφικόμενος, καὶ πολλὰ τάλαντα χρυσίου καὶ ἀργύρου B
 10 λαβὼν καὶ ἐκ τοῦ βασιλικοῦ γένους αἰχμαλώτους πολλοὺς καὶ μέ-
 ρος ἐκ τῶν ἱερῶν σκευῶν, ὑπέστρεψε δασμὸν ἐπιθείς. καὶ μετ'
 ὀλίγον χρόνον ὃ μὲν Ἰωακείμ τὸν θρόνον ἤθεττησεν, ὃ δὲ Ναβου-
 χονόσορ τῷ ἐνδεκάτῳ ἔτει τῆς τούτου βασιλείας, ὀγδόῳ δὲ τῆς
 οἰκείας ἡγεμονίας πάλιν ἐκστρατεύει τοῖς Ἱεροσολύμοις, καὶ τὸν
 15 μὲν Ἰωακείμ ἀνελὼν καὶ ἀπὸ τοῦ τέλους ῥιψῆναι κελεύσας ἄτα-
 φον ἐπὶ τινα χρόνον κατέλιπε, περὶ οὗ καὶ Ἱερεμίας φησὶ "τῷδε
 λέγει κύριος ἐπὶ Ἰωακείμ υἱὸν Ἰωσίου βασιλέως Ἰούδα. οὐαὶ
 ἐπὶ τὸν ἄνδρα τοῦτον. οὐ μὴ κήνονται αὐτόν, ὡ ἀδελφε, οὐδ'
 οὐ μὴ κλαύσονται αὐτόν, οἴμοι κύριε καὶ οἴμοι ἀδελφε· ἀλλὰ C
 20 ταφὴν ὄνον ταφήσεται, καὶ συμψηφισθεὶς ῥιφήσεται ἐπέκεινα τῆς
 πόλης Ἱερουσαλήμ," τοὺς δὲ ἐν τέλει πάντας αἰχμαλώτους λα-
 βῶν, καὶ τοῖς ὑπολειφθεῖσι χειροτονήσας βασιλεῖα Ἰεχονίαν υἱὸν
 Ἐλιαιέμ, ἀπῆρεν εἰς Βαβυλῶνα. εἶτα καὶ τοῦτον μαθῶν στα-

abduxit. secundus Salamanaser Samariam et circumpositas urbes sube-
 git et incolas in servitutem abegit. tertius Senacherimus reliquas Iu-
 daeae urbes oppugnavit, multosque servitum in suum regnum misit.
 verum Hierosolymam quoque adortus, ac superbe et impie contra deum
 elatus, iustas suae impiae maledicentiae poenas dedit, exercitu divini-
 tus caeso coactus cum dedecore obsidionem solvere, domumque rever-
 sus a filiis suis est interfectus. post hunc Nabuchodonosor, Ioachimo
 Iosiae filio tertium annum regnante, copias in Iudaeam adduxit; multis-
 que auri et argenti talentis acceptis, multis qui regii erant sanguinis
 captivis abductis, ablata etiam sacrorum vasorum parte impositoque
 tributo domum rediit. paulo post Ioachimo tributum non solvente Na-
 buchodonosor anno regni eius undecimo, sui autem octavo, rursum
 Hierosolyma oppugnavit, Ioachimumque necatum de muro proiciit et
 aliquamdiu inhumatum relinqui imperavit; de quo et Ieremias dicit
 (cap. 21) "haec pronuntiat dominus de Ioachimo Iosiae regis Iudae filio
 vae ei viro: inter plangendum super eo non dicent heu frater, neque
 inter defendendum dicent heu domine et heu frater: sed asini sepultura ei
 obtinet, ac putrefactus proicietiar trans muros Hierosolymitanos." proceres omnes captivos abduxit, constitutoque ibi relictis rege Iechonia
 Kliachimi filio Babylonem se recepit. post tres menses hunc quoque

σιάσαντα μετὰ μῆνας τρεῖς πάλιν ἔρχεται, καὶ τοῦτον πεδήσας μετὰ πολλῶν νεωτέρων δοριόλωτον ἄγει, καταστήσας ἀντ' αὐτοῦ βασιλεύειν τῶν ὑπολοίπων Σεδεκίαν πατράδελφον αὐτοῦ, ὄρκοις κατὰ τοῦ Θεοῦ περὶ τοῦ μὴ ἀποστήναι καταδεσμήσας. ἀλλὰ καὶ τούτου παραβάντος τοὺς ὄρκους καὶ μήτε τὸν δασμὸν ἀποδοῦναι 5 θελήσαντος μήτε μὴν εὐνοίαν φυλάξαντος ἀλλ' Αἰγυπτίοις D προσφυγόντος, αὐδῖς παριγένετο, καὶ τὸν μὲν Σεδεκίαν χειρωσάμενος καὶ ἐκτυφλώσας, καὶ τὴν πόλιν αὐτανδρον εἰληφώς, τὰ τε βασιλεία καὶ τὸν Θεῖον ναὸν καὶ πᾶσαν ἐμπρήσας οἰκίαν, αἰχμαλώτους ἀπήγαγε τοὺς διασωθέντας ἐκ τοῦ λιμοῦ καὶ τοῦ 10 πολέμου καὶ τὰ διαφέροντι σκεύη τοῦ ναοῦ κυρίου. τὸ πλῆθος τοίων τῶν συμφορῶν αὐτῶν καὶ Ἰωὴλ διηγουόμενος πρῶτον μὲν ἐπελεύσεσθαι κάμπην λέγει, τὰ δὲ ὑπ' αὐτῆς μὴ ἀναλωθέντα ὑπὸ ἀκριδος ἀναλωθήσεσθαι, ὅσα δὲ ταύτην διαφεύξεται, δαπανήσιν τὸν βροῦχον, ἔσχατον δὲ τὴν ἐρυσίβην ἐπαχθεῖσαν μηδὲν 15 παντελῶς καταλείψειν ἀλώβητον. φησὶ γάρ "τὰ κατάλοιπα τῆς P 241 ἀκριδος καταφάγεται ὁ βροῦχος" καὶ τὰ ἐξῆς. ταῦτα γὰρ τροπικῶς εἰς τὸν Ἀσσυρίον καὶ Βαβυλώνιον ἐκληπτίον, κάμπην μὲν τὸν Θελαφάλασαρ ὀνομάζοντα, ἀκριδα δὲ τὸν Σαλαμανασάρ, βροῦχον δὲ τὸν Σενυχρηίμ, ἐρυσίβην δὲ τὸν Ναβουχοδονόσορ, 20 τελευταῖον ἐπιστρατεύσαντα καὶ τὴν Ἰουδαίαν δρῶσαντα καὶ τοὺς τὸν θάνατον διαφυγόντας αἰχμαλωτίσαντα, καθὼς εἴρηται. πλειστάκις μὲν ὄν πάλιν συμβέβηκεν ἀλῶναι τὴν Ἰουδαίαν, ὡς φησι πάλιν ὁ μέγας Κύριλλος, ὑπὸ τε Ἀσσυρίων καὶ Αἰγυπτίων Σύρων

defectionem moliri sentiens rediit, eumque in compedibus cum multis iuvenibus captivum abduxit, regno Sedechiae eius patris tradito, cum is per deum iurasset se fidem servaturum. sed et hoc perituri sese obligante ac neque amicitiam servante et tributum abnegante et ad Aegyptios confugiente, denuo Hierosolyma advenit. ibi Sedechiae capto oculo eruit; urbeque et hominibus potitus regiam, aedem dei omnesque domos incendit, et quod a fame et bello hominum erat reliquum, captivos simulque praecipua templi vasa abduxit. Ioelus (cap. 1) sane multitudinem calamitatum enarrans primo ait erucam venturam; quod ea non absumpserit, id locustam perdituram; si quid ea reliquum fecerit, id bruchum vastaturum; ad extremum superventuram rubiginem, eamque nihil omnino integrum relicturam. sic enim ait "residua erucae comedit locusta" et quae sequuntur. haec mutatis nominibus de Assyrio et Babylonico regno sunt intelligenda: eruca enim Thelaphalaserem notat, locusta Salmanaserem, bruchus Senacharibum, rubigo Nabuchodonosorem, qui ultimo Iudaeam depopulatus est, eosque qui mortem evaserant in servitutem abegit, sicut diximus. persaepe igitur, ut magnus ait Cyrillus, Iudaea ab hostibus est vastata, ab Assyriis, ab Ae-

τε καὶ Μωαβιτῶν, Ἰδουμαίων καὶ τῶν λεγομένων Φυλιστιεῖμ, τοιτέστι Παλαιστηνῶν· ἀλλ' ὀλίγα παθοῦσαν καὶ συμμέτροις ἔσθ' ὅτε περιπεσοῦσαν συμφοραῖς πάλιν ἀνῆκεν, ἐπαμύναντος Β Θεοῦ τοῦ καὶ παιδεύσαντος. ἀπόλωλε δὲ νῦν ὄλοσχερῶς μετὰ 5 τὴν τοῦ κυρίου σταύρωσιν.

